



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskeres Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

NY

KIRKEHISTORISKE SAMLINGER

UDGIVNE AF

SELSKABET FOR DANMARKS KIRKEHISTORIE

VED

HOLGER FR. RØRDAM,

DR. PHIL., PRÆST.

FJERDE BIND.

KJØBENHAVN.

I KOMMISSION HOS G. E. C. GAD.

THIELES BOGTRYKKERI.

1867—68.

Utrykte Pavebreve

angaaende danske Kirkeforhold

Ved Dr. L. N. Helveg.

Anden Samling.

Denne Samling slutter sig som en ligefrem Fortsættelse til den i forrige Bind meddeelte, og skiller sig kun derved fra hiin, at disse Breve ere, forsaavidt der var Anvendelse for dem, allerede benyttede i min Kirkehistorie.

I.

123.

Johan XXII.

2 Dec. 1326.

Biskop Johan Hind af Roskilde klagede over at han paa egne og paa sin Kirkes Vegne havde haft store Udgifter, og bad om at han under Navn af subsidium maatte opkræve en Pengeafgift af alle ham undergivne Præster, beregnet efter Kaldets Størrelse, hvilket Pave Johan gav ham Tilladelse til.

Johannes etc. Venerabili fratri Johanni Episcopo Roskildensi Salutem etc. Ex tue deuotionis prouenit meritis, ut uotis tuis fauorabiliter annuentes illa te foueamus gratia quam tuis et ecclesie tue Roskildensis necessitatibus fore conspicimus oportunam. Cum itaque sicut petitio tua nobis exhibita continebat tam pro tuis quam ecclesie tue predictæ negocijs et utilitatibus te oportuerit et oporteat multa subire onera expensarum, que absque subditorum tuorum subsidio nequis comode supportare, Nos tibi super hijs paterno compatientes (sic) affectu, ac attendentes quod conueniens est et dignum, quod membra capiti congrua, cum expedit, subuentione respondeant indigenti, cum salus capitis incolumitas sit membrorum, tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue petendi, leuandi, et recipiendi a singulis personis ecclesiasticis subditis tuis, exemptis et non exemptis, tuarum

ciuitatis et diocesis, semel dumtaxat auctoritate apostolica moderatum subsidium in pecunia numerata, iuxta suarum ecclesiarum exigentiam facultatem, non obstantibus quibuscumque priuilegijs et indulgentijs seu litteris apostolicis specialibus uel generalibus eis uel eorum aliquibus tam super exemptionibus, libertatibus et immunitatibus, quam super quibuslibet alijs sub quacumque forma uel expressione uerborum concessis et imposterum concedendis seu quibuslibet statutis et consuetudinibus ecclesiarum, monasteriorum et ordinum quorumcumque contrarijs, perque effectus presentium impediri ualeat uel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem. Nulli ergo etc. nostre concessionis infr. etc. Datum Auinione III non. Decembris pontificatus nostri anno undecimo.

In e. m. Dilectis filijs . . Decano, et . . Cantori, ac . . Sacriste ecclesie Roskildensis Salutem. Ex deuotionis uenerabilis fratris nostri Johannis Episcopi Roskildensis prouenit meritis etc. usque concessimus per easdem nostras litteras facultatem. Quocirca mandamus, quatenus vos uel duo aut unus uestrum per vos uel alium seu alios eidem episcopo uel procuratori suo eius nomine faciatis auctoritate nostra iuxta huiusmodi concessionis nostre tenorem semel dumtaxat predictum subsidium exhiberi, non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus communiter uel diuisim a sede apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi, uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Contradictores per censuram ecclesiasticam etc. Datum ut supra.

124.

Johan XXII.

28 Dec. 1326.

Brev til Ærkebiskop Karl af Lund om at være Biskoppen af Roskilde behjælpelig med Opkrævelsen af de ham tilstaaede Subsidiepenge (cfr. Nr. 123).

Johannes etc. venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Habet pro parte uenerabilis fratris nostri

Johannis Episcopi Roskildensis suffraganei tui expositio facta nobis, quod cum ipsum tam pro suis quam pro ecclesie sue negocijs apud apostolicam sedem et alibi promouendis et utiliter procurandis oportuerit et oporteat de necessitate subire magna onera expensarum, et alias fuerit ipse et ecclesia sua multis et diuersis creditoribus obligata, ad que necnon et ad soluendum tibi subsidium iuxta concessionem de huiusmodi subsidio petendo et leuando suffraganeis et alijs subsidijs (sic) tuis ciuitatis, diocesis et prouincie Lundensis, auctoritate apostolica tibi factam, facultates ecclesie sue predictae sufficere minime dinoscuntur. Quare dictus Episcopus nobis humiliter supplicauit, ut sibi et oneribus caritatiue eius compacientes affectu¹⁾, fraternitatem tuam requiramus, rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus attentis suis et ecclesie predictae oneribus supradictis in exigendo ab eodem episcopo subsidium memoratum pro nostra et apostolice sedis reuerencia agas misericorditer cum eodem. Ita quod nos fraternitatem tuam de deuotionis et obedientie promptitudine dignis possimus in domino laudibus commendare. Datum Auinione V. kal. Januarij pontificatus nostri anno vndecimo.

125.

Johan XXII.

13 Januar 1328.

To jydskø Herrer Jakob Rozstach, Ridder, og Aage Esbernsøn, Væbner, havde overfaldet en svensk Prædikebroder Egisle Birgersøn, som han var paa Veien til Rom, og berøvet ham, hvad han førte med sig. Derfor overdrager Paven i dette Brev Ærkebiskop Karl at undersøge Sagen, og giver ham Fuldmagt til at afgjøre den.

Johannes etc. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Exigit tue iustitie debitum, ut iniurias et uiolentias passis aduersus illos qui eas intulisse dicuntur prouideamus de remedijs oportunis. Nuper siquidem dilecto filio Egislo Birgeri ordinis fratrum predicatorum de regno Suetie nobis conquerente didicimus, quod dum olim ipse

¹⁾ Her maa vel være udeglemt mindst en Linie.

ad apostolicam sedem accederet, Jacobus Rozstach, miles, et Agho Esberni, armiger, Ripensis diocesis, et nonnulli alij sequaces eorum ipsum in Datia bonis que secum habebat ausu sacrilego spoliare per uolentiam presumpserunt, super quo dictus Egislus prouisionis nostre remedium contra spoliatores huiusmodi humiliter implorauit. Ne igitur prefati spoliatores de ipsorum in hac parte malitia glorientur, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, vocatis qui fuerint euocandi, impendas lesis super predictis simpliciter et de plano sine strepitu et figura iuditij, appellatione remota, iustitie complementum, fatiens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio uel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas ueritati testimonium perhibere. Non obstantibus constitutione felicitis recordationis Bonifatij pape VIII predecessoris nostri, qua cauetur, ne aliquis extra suas ciuitatem uel diocesem, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam, ad iudicium euocetur, dumodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur, seu si aliquibus communiter uel diuisim a sede sit indultum eadem, quod excommunicari, suspendi uel interdicti non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Auinione idus Januarij pontificatus nostri anno duodecimo.

126.

Johan XXII.

12 Febr. 1328.

Biskop Nicolaus af Børglum havde indgivet Begjæring om at fratræde sit Bispedømme og indtræde i Prædikebrødrenes Orden, hvilket Paven tilstod ham, og overdrog til Ærkebispem til modtage hans Afsked, samt at forhandle med ham om Valget af hans Efterfølger, og derom gjøre en Indstilling til Paven.

Johannes etc. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Cvm sicut accepimus venerabilis frater noster Nicolaus Episcopus Burglanensis certis ex causis

rationabilibus intendat cedere oneri et honori regiminis pastoralis ecclesie Burglanensis, Nos uotis eius in hac parte benignius annuentes fraternitati tue recipiendi ab eodem episcopo uice nostra huiusmodi oneris et honoris liberam cessionem, sibi que auctoritate nostra dandi licentiam, quod possit ordinem fratrum predicatorum ingredi, ut ibidem sicut desiderat in quiete spiritus perpetuo domino famuletur, auctoritate presentium plenam concedimus facultatem. Ceterum tue discretioni committimus et mandamus, quatenus, recepta ab eodem Nicolao episcopo huiusmodi cessione, de personis ydoneis, de quarum aliqua eidem ecclesie Burglanensi, ne ob utilis pastoris carentiam defectum in spiritualibus et temporalibus patiatur, ualeat prouideri, per cuius circumspeditionem prouidam et prouidentiam circumspectam eadem ecclesia salubriter ualeat gubernari, diligentius te informes ac, huiusmodi informatione recepta de personis predictis, nos per litteras tuas plenius certificare procures, ut nos de ipsarum aliqua, quam regimini eiusdem ecclesie utilem et necessariam fore uiderimus, possimus eidem ecclesie auctore domino prouidere, ipsamque prefate ecclesie proficere in episcopum et pastorem. Datum Auinione II idus Februarij pontificatus nostri anno duodecimo.

Det samme Paalæg fornyet, med noget andre Udtryk, i Brev af 31 Aug. 1328, datum Auinione II kl. Sept. ann. XII. Ved dette Brev faar Erkebispnen ogsaa Myndighed til selv at udnævne Eftermanden.

127.

Johan XXII.

12 Febr. 1328.

Brev til Ærkebispnen om den samme Sag (jfr. 126), at han nemlig efterat have anstillet en omhyggelig Undersøgelse skulde gjøre Indstilling om den fratrædende Biskops Pension.

Johannes etc. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Nuper fidedigna insinuatione percepto, quod venerabilis frater noster Nicolaus Episcopus Burglanensis certis ex causis rationabilibus desiderat oneri pontificalis dignitatis cedere et honori, Nos uotis ipsius in hac parte fauorabiliter annuentes, tibi recipiendi ab eo uice nostra

huiusmodi cessionem sibi que dandi auctoritate nostra licentiam, quod possit ordinem fratrum predicatorum ingredi, ut ibidem sicut affectat in quiete spiritus perpetuo domino famuletur, per litteras nostras plenam concessimus facultatem. Ne igitur idem Nicolaus propter huiusmodi cessionem defectum in rebus necessarijs patiatur, fraternitati tue presentium auctoritate committimus et mandamus, quatenus diligentius te informes, de quibus bonis eiusdem ecclesie sibi quoad uixerit congrue prouideri possit cum minori ipsius ecclesie detrimento, qua informatione recepta nos de illis et alijs circumstantijs in talibus attendendis per litteras tuas harum seriem continentes reddere studeas certiores, ut circa prouisionem decentem dicto Nicolao de dictis bonis dum uixerit ordinare possimus, quod in hac parte cum minori detrimento eiusdem ecclesie uiderimus expedire. Datum Auinione II id. februarij pontificatus nostri anno duodecimo.

Det samme Paalæg fornyet, med noget forskjellige Udtryk, i Brev af 31 Aug. 1328, dat. Auinione ij kal. Sept. ann. XII.

128.

Johan XXII.

2 Juni 1329.

Dette Brev handler om Cistertienser-Klostret i Knardrup, som Kong Christopher II nylig havde stiftet (s. min Kirkehist. I S. 748; II S. 105. Script. VI p. 522). Barneem, en Søn af Erik til Skårvesøholm, Hertug i Halland, havde med Vold sat sig i Besiddelse af Klosteret og udjaget Abbeden med Munkene; kort efter døde han, men Ridder Ingvar Hjort i Forening med Barneems efterladte Enke, en Datter af Peter Tygesen til Udby (?), satte sig i Besiddelse af Klosteret, medens andre Lægmænd bemægtigede sig Byen Søsum samt Klosterets øvrige Jordegods. Abbeden og Konventet havde, understøttet af Ærkebispens i Lund, ført deres Klager frem i Rom, og Paven overdrog ved dette Brev til tre lybske Prælater, Abbeden for Klosteret Cismar, samt Skatmesteren og Kantoren ved Domkirken, at undersøge og paakjende Sagen.

Johannes etc. Dilectis filijs . . Abbatj Monasterii de Cismaria Lubicensis diocesis, et . . Thesaurario ac . . Cantori ecclesie Lubicensis Salutem etc. Ex conquestione dilectorum filiorum . . Abbatis et Conuentus monasterii Regalis-curie Knarredorp uulgariter nuncupati Cisterciensis ordinis Roskildensis diocesis in regno Dacie necnon ex relatione

venerabilis fratris nostri . . Archiepiscopi Lundensis percepimus, quod iam dudum propter altercationem dominij dicti regni quondam Barneem natus quondam Erici de Scarweyholm ducis Halandie cum quibusdam suis sequacibus eiusdem diocesis predictos abbatem et conuentum de dicto monasterio impie, crudeliter ac uiolenter eiecit, bonis eorum mobilibus et immobilibus plurimis dictoque monasterio penitus occupatis, eoque Barneem viam vniuerse carnis ingresso, Ynguarus dictus Hyort miles necnon legitima nata quondam Petri Tukyson de Wthbu militis, relicta eiusdem Barneem uidua, dicte diocesis, eidem Barneem succedentes in uicium possessionem dicti monasterii, ac iurium et pertinentium ipsius ingressi fuerunt, illudque detinent occupatum, et nonnulli alij laici eiusdem diocesis villam Syosum cum iuribus et pertinencijs suis et quedam alia bona ipsius monasterii mobilia et immobilia in dicta diocesi consistentia occuparunt et detinent occupata, in diuine maiestatis offensam et anime sue perniciem, dictorumque abbatis et conuentus preiudicium et grauamen. Quare prefati abbas et conuentus, qui aliquamdiu fuerunt et adhuc sunt taliter spoliati, nobis humiliter supplicarunt, ut cum propter potentiam et tyrampnidem occupantium predictorum et ob dispositionem instabilem dicti regni nequeant in dicto regno de dictis occupatoribus habere iusticie complementum, eis super premissis de oportuno prouidere remedio dignaremur. Nos igitur eidem Abbati et conuentui super hijs paterno compa-
cienter affectu, discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus nos uel duo aut unus uestrum apud ciuitatem Lubicensem, uocatis qui fuerint euocandi, si uobis simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicij constitit de premissis, prefatis abbate et conuentu ad monasterium et bona predicta, sicut iustum fuerit, primitus restituti, spoliatores et occupatores predictos ad satisfaciendum prefatis abbati et conuentui de iniurijs, dampnis, expensis et interesse, que occasione spoliationis et occupationis huiusmodi incurrerunt, per censuram ecclesiasticam appellatione

postposita compellatis, audientes postea hinc inde proposita et, appellatione remota, quod iustum fuerit decernentes, ac facientes quod decreueritis censura simili firmiter obseruare, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellatis ueritati testimonium perhibere; non obstantibus felicis recordationis Bonifacij pape VIII, qua cauetur, ne quis extra suam ciuitatem et diocesem, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam, a fine sue diocesis ad iudicium euocetur, seu de duabus dietis in concilio generali et alijs quibuscumque constitutionibus a Romanis pontificibus predecessoribus nostris in contrarium editis, per quas posset uestre iurisdictionis explicatio in hac parte quomodolibet impediri, seu circumfluentia maris prefatam dictorum reorum diocesem ambeuntis, dummodo ultra quatuor dietas prefati occupatores a fine diocesis eorundem auctoritate presentium ad iudicium non trahantur, seu si aliquibus communiter uel diuisim a sede apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi uel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Auinione III non. Junij pontificatus nostri anno terciodecimo.

129.

Johan XXII.

15 Juli 1329.

Dispensationsbrev for Grev Johan af Kiel og hans Hustru Mitislav, Datter af Grev Nicolaus af Wittenborch, der vare hinanden beslægtede i 4de Led.

Johannes etc. Dilecto filio nobili viro Johanni comiti Holtzatie et dilecte in Christo filie nobili mulieri Mitislaue nate quondam Nicolai comitis de Wittenborch eius vxori Lubicensis diocesis Salutem. Intenta salutis operibus apostolice sedis circumspecta benignitas indulta sibi desuper plenitudine potestatis utitur, prout consideratis condicione temporum et exigentia personarum utilius conspicit expedire.

Sane oblata nobis ex parte uestra peticio continebat, quod uos dudum ignari, quod aliquod inter uos esset obstaculum quod matrimonium impediret in facie ecclesie, secundum morem patrie matrimonium adinuicem solempniter contraxistis, sicque simul ut coniuges habitantes filium genuistis, postmodum uero ad uestram deducto notitiam, quod quarto consanguinitatis gradu inuicem estis coniuncti, timetis in dicto matrimonio absque dispensatione dicte sedis propter scrupulum conscientie commanere. Quare pro parte uestra nobis extitit humiliter supplicatum, ut cum impedimentum huiusmodi sit occultum, et si diuortium inter uos fieret, timetur, quod inter uestros consanguineos et amicos plurima seditiones et scandala orirentur, prouidere uobis super hoc de oportune dispensationis beneficio dignaremur. Nos igitur, qui salutem querimus singulorum et libenter Christi fidelibus quietis et pacis comoda procuramus, huiusmodi scandalis et periculis obuiare ac animarum saluti paterna sollicitudine in hac parte consulere intendentes, uestris supplicationibus inclinati uobiscum, ut, predicto impedimento quod ex dicta consanguinitate prouenit aliquatenus non obstante, possitis in huiusmodi matrimonio licite remanere, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus, prolem susceptam et suscipiendam ex uobis legitimam nuntiantes de apostolice plenitudine potestatis. Nulli ergo etc. nostre dispensationis infr. etc. Datum Auinione Idus Julij pontificatus nostri anno tertio decimo.

130.

Johan XXII.

1328—29.

Udtog af 4 pavelige Dispensationsbreve til forskjellige ellers ubekjendte Klerke.

Johanni episcopo Sleswicensi, quod dispenset cum Andrea de Gerding de presbitero nato et soluat super defectu natalium, quod possit ad ordines ecclesiasticos promoveri. Avinione X kal. Oct. an. 13. (22 Sept. 1328.)

Nannoni nato Petri preconsulis ciuitatis Slesuicensis prouidetur de canonicatu eccles. Sleswicensis et prebendauacatura. Samme Dag.

Boecio Ricquardi prouidetur de canonicatu Ripensis ecclesie, non obstante inter alia quod parochialem ecclesiam in Bioldorp Sleswicensis diocesis noscitur obtinere. — Executores: Abbas monasterii loci dei Ripensis diocesis — Prepositus Sleswicensis — Magister Buxolus de Parma capellanus pape et Canonicus Tornacensis. Avinione X. kal. Jan. an. 13. (23 Decbr. 1328).

Hennikino Henceri de Rippis in Dacia, magistro artium, prouidetur de canonicatu in ecclesia Ripensi et prebenda vacatura, non obstante inter alia quod parochialem ecclesiam Dranghby Arusiensis diocesis noscitur obtinere. — Executores: Archiepiscopus Lundensis — prepositus Cavallicensis — prepositus Sleswicensis. — Avinione XIV kal. Jan. an. 14. (19. Dec. 1329).

131.

Johan XXII.

15 Oct. 1329.

Grev Geert havde med Vold taget Penge og Kostbarheder, der tilhørte Pavens Kasse, ud af Slesvig Domkirke; hvis han vilde fuldstændig erstatte, hvad han havde røvet, og betale en passende Bøde til Slesvig Kirke for den Helligbrøde, han havde begaaet, kunde han løses af den Band, han og hans Hjælpere vare komne i. Brevet er stillet til Ærkebiskop Karl af Lund, Prædikebroderen Johan af Nyborg, Pavens Poenitentiarius (siden Biskop i Roskilde), samt en italiensk Prælat, Petrus Gervasius, hvem det blev overdraget at bringe Sagen i Rigtighed.

Johannes etc. Venerabili fratri Carolo Archiepiscopo Lundensi ac dilectis filijs Johanni de Nyborgh de ordine fratrum predicatorum, penitenciaro nostro, ac Petro Geruasij canonico ecclesie sancti Euodij Aniciensis, apostolici sedis nuncijs, Salutem etc. Si nobilis vir Gerardus Comes Holsacie pecunias et bona ad Romanam ecclesiam spectancia, que de ecclesia Slewicensi manu uiolenta et sacrilega in diuine magestatis offensam, libertatis ecclesiastice ac nostrum et eiusdem Romane ecclesie preiudicium sueque anime periculum extraxisse dicitur et nequiter asportasse, restituere integraliter et ecclesie Slewicensi super uiolencia et effractione ibidem commissis satisfacere iuxta uestre discretionis arbitrium competenter, eidem suisque in hac parte complicibus, postquam bona et pecunie huiusmodi uobis nostro et eiusdem ecclesie Romane nomine cum integritate fuerint

assignata, beneficium absolutionis ab excommunicationis sentencijs, quas incurrerunt propter hoc, iuxta formam ecclesie impendendi, et iniungendi, prout saluti animarum ipsorum expedire uideritis, penitencias salutare plenam uobis et uestrum cuilibet in solidum concedimus auctoritate presencium facultatem. Volumus autem, quod super restitutione et assignatione predictis duo confici faciat consimilia publica instrumenta, quorum altero penes comitem memoratum dimisso, reliquum ad nostram mittere cameram studeatis. Datum Auinione Id. Octobr. pontificatus nostri anno quarto decimo.

132.

Johan XXII.

13 Nov. 1329.

Brev til Grev Geert om den samme Sag (s. Nr. 131), hvorved han formaner til, for at undgaae en strængere Fremgangsmaade, at underkaste sig de trende beskikkede Voldgiftsmænds Kjendelse.

Johannes etc. dilecto filio nobili uiro Gehorardo comiti Holsassie Salutem. Infesta dudum insinuatione percepimus, quod tu, nescimus quo ductus seu potius seductus spiritu, deum et sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem tuam grauitur offenderé teque uarijs inuoluere periculis non formidans, de ecclesia Sleuicensi nonnulla pecunias et bona ad eandem Romanam ecclesiam pertinencia, que in eadem Sleuicensi ecclesia reposita nomine prefate Romane ecclesie fuerant conseruanda, non sine temeraria effractione prelibate Sleuicensis ecclesie lesioneque libertatis ecclesiastice, manibus extraxisti sacrilegis et nequiter in tue salutis anime dispendium ac eiusdem Romane ecclesie contemptum et preiudicium asportasti. Et licet occasione huiusmodi esset contra té iusticia exigente rigide procedendum, nos tamen de tua salute more paterno solliciti, an de predictis competenter satisfacere curaueris uolentes per uiam mansuetudinis experiri, venerabili fratri nostro Carolo Archiepiscopo Lundensi et dilectis filijs Johanni Nyborgh de ordine fratrum predicatorum, penitenciaro nostro, ac Petro Geruasij canonico ecclesie sancti Euodij Aniciensis, apostolice sedis nuncijs, te, postquam pecunias et bona predicta eisdem nomine nostro et memorate ecclesie Romane restitueris

ac predicte Slewicensi ecclesie de uiolencijs et iniurijs predictis satisfeceris iuxta ipsorum arbitrium competenter, absoluendi a sentencijs excommunicationis, quas propter premissa incurrisse dinosceris, concedimus per alias nostras litteras facultatem. Quocirca nobilitatem tuam requirimus attentius et hortamur, quatenus tue in hac parte saluti consulens sic prompte de premissis integram satisfactionem impendere non omittas, quod contra te procedere occasione huiusmodi non sit opus, sed tu potius ad sinum reductus eiusdem ecclesie ac in nostra et ipsius deuotione persistens confoueri a nobis et sede predicta oportunis gracijs et fauoribus tamquam benedictionis et gracie filius merearis. Datum Auinione Id. Nouembr. pontificatus nostri anno quartodecimo.

133.

Johan XXII.

15 Juni 1330.

Udtog af et Brev, hvorved Johan af Nyborg (s. Nr. 131) ved Provision beskikkes til Biskop i Roskilde.

Johannes de Nyborgh, ordinis fratrum predicatorum et penitentiarius domini pape, preficitur per provisionem in Episcopum Roskildensem. Avinione XVII kal. Jul. ann. XIV. (Intet Følgebrev til Kongen af Danmark).

134.

Johan XXII.

17 Aug. 1330.

Tilladelse for den nylig beskikkede Biskop af Roskilde, Johan af Nyborg, at optage et Laan af 400 Gylden paa sit eget og Kirkens Navn.

Johannes etc. Venerabili fratri Johanni Episcopo Roskildensi Salutem etc. Cvm, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, tam pro tuis expensis necessarijs quam ecclesie tue Roskildensis negotijs apud sedem apostolicam expediendis utiliter te subire oporteat magna onera expensarum, nobis humiliter supplicasti, ut usque ad summam quadringentorum florenorum auri mutuuum contrahendi sub modis et formis infrascriptis, sine quibus creditores te putas inuenire non posse, tibi largiri licentiam dignaremur, nos igitur de tua tam in hijs quam in alijs circa tua et ipsius ecclesie utiliter promouenda negotia circumspectione plenius

in domino confidentes, nec uolentes, quod propter expensarum ipsarum defectum indigentiam patiaris uel quod eadem negotia inexpedita remanere contingat, tuis supplicationibus inclinati fraternitati tue contrahendi mutuuum propter hoc usque ad predictam summam quadringentorum florenorum auri tuo ac eiusdem ecclesie Roskildensis nomine, ac te et successores tuos episcopos Roskildenses ac dictam ecclesiam ac tua et eorumdem bona mobilia et immobilia presentia et futura usque ad summam predictam dictis creditoribus, usuris omnino cessantibus, obligandi et renuntiandi etc. etc., plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Volumus insuper etc. Ceterum ne in hoc uorago locum sibi uendicet usurarum etc. Datum Auinione XVI kal. Septembr. pontificatus nostri anno quartodecimo.

Formularen se Brev af 21 Marts 1320. (Nr. 108).

135.

Johan XXII.

10 Jan. 1331.

Udtog af et Brev, hvorved Hellembert (Albert) beskikkes ved Provision til Biskop i Slesvig.

Hellembertus Scholasticus Bremensis, in sacerdotio constitutus, preficitur per prouisionem in episcopum Sleswicensem post obitum Johannis episcopi, quo vivo dudum episcopatus provisioni apostolice erat reservatus, daturque ei, cui per Gaucelinum episcopum Albanensem munus consecrationis impensum fuerat, licentia recedendi ad sedem suam. Avinione III id. Januar. pontificatus nostri anno XV. (Intet Følgebrev til Kongen af Danmark.)

Denne Hellembertus er maaske den Hellembertus de Visbeke, der ved Brev af 15 Marts 1328 fik Provision paa et Jedigt Kanonikat i Hamborg, cfr. Brev af 8 Aug. 1332. *M.s. Anm.*

136.

Johan XXII.

18 Dec. 1330.

Udtog af et Brev angaaende Reparation af Aarhus Domkirke, der tidligere ved en ulykkelig Hændelse fuldstændig var afbrændt, hvorved det tillodes Biskoppen og Kapitlet i det Øiemed at oppebære en Trediedeel af Kirketienderne i 5 Aar efter den gamle Taxation. Brevet er stilet til Biskoppen i Ribe, samt til Abbederne af Essenebek og Alling, begge Kloostere i Aarhus Stift.

Episcopo Ripensi et Abbatibus monasteriorum de Eskenbeche ac Alwing Arusiensis diocesis notificatur, quod liceat Epi-

scopo et capitulo Arusiensi pro reparatione ecclesie Arusiensis dudum casu fortuito totaliter concremate percipere $\frac{1}{3}$ decimarum parochialium pro pretio taxationis antique decime usque ad quinquennium, mandaturque eis, ut dicto episcopo et capitulo in hoc re opem ferant. Avinione XV. kal. Januar. Ann. XV.

137.

Johan XXII.

2 Mai 1331 (?).

Grev Johan af Holsten fik ved dette Pavebrev Tilladelse til, at de Landskaber, Øer og Steder af Danmarks Rige, han besad som Leen eller som Pant, maatte være undtagne fra det Interdikt, Riget var kommet under paa Grund af at Kong Christopher, efter igjen at være kommen i Besiddelse af sine Lande, havde grebet og fængslet Biskop Tyge af Børglum.

Johannes etc. Ad futuram rei memoriam. Sincere devotionis, quam ad nos et Romanam ecclesiam dilectus filius nobilis vir Johannes comes Holtzetie gerere dinoscitur, promeretur affectus, vt petitionibus suis, illis presertim que animarum salutem sapiunt, quantum cum deo possumus ad exauditionis gratiam admittamus, oblate siquidem nobis pro parte dicti comitis petitionis series continebat, quod pridie (sic) magnificus vir Christoforus, rex Datie, frater suus, prelatorum et personarum ecclesiasticarum notorius persecutor, qui dudum propter suam tyrampnidem de regno Datie eiectus fuerat, ac eodem regno, diuino ut creditur iudicio, diucius permanserat destitutus, postquam nuper in regnum predictum extitit introductus, venerabilem fratrem nostrum Tuchonem episcopum Burglanensem personaliter cepit ipsumque carceri mancipauit, propter quod uigore cuiusdam antiqui statuti, per prelatos dicti regni editi et auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmati, quo cauetur, ut quando-cunque et quotiescumque aliquis episcopus uel archiepiscopus per regem Datie caperetur, dictum regnum ipso facto interdicto ecclesiastico subiaceret, in toto regno predicto diuina organa sunt suspensa. Quare jdem comes nobis humiliter supplicauit, ut cum ipse sit dicto regi contrarius, et in nullo faueat uel adhereat eidem, dictusque comes multas terras, jnsulas et loca infra regnum ipsum tam uigore

feudali quam impignore habeat, que dicto regi non obediunt, nec ipse rex possessionem habet eorum, quorum etiam incole sine culpa existunt nec prebuerunt causam aliquam huiusmodi interdicto, quod etiam inibi sicut in alijs regni prefati partibus inuiolabiliter obseruatur, prouidere super hijs de oportuno remedio misericorditer dignemur. Nos igitur qui cunctorum zelamur fidelium animarum salutem, attendentes, quod cum hijs qui culpabiles non existunt gratiosius est agendum, prefati etiam comitis deuotis supplicationibus inclinati, interdictum huiusmodi, statuto non obstante predicto, in terris, insulis et locis predictis, non obedientibus dicto regi detinenti prefatum episcopum captiuum, quamdiu prefati eorum incole regi non obedient antedicto, usque ad nostrum beneplacitum suspendimus de gratia speciali, volentes, quod interim in ecclesijs et locis ecclesiasticis terrarum, insularum et locorum huiusmodi resumantur organa diuinorum (sic). Ita tamen quod si prefati incole, durante captiuitate huiusmodi episcopi antedicti, ad dicti Christofori regis obedientiam in aliquo se conuertant, eo ipso terre, insule et loca predicta prefato interdicto subiaceant sicut prius ac huiusmodi organa protinus sicut antea sint suspensa. Nulli ergo etc. nostre suspensionis et voluntatis infringere etc. Datum Auinione. VI non. Maij pontificatus nostri anno. XV.

NB. Dette Brev er dateret i Pavens 15de Aar (4 Sept. 1330—31), uagtet det findes indført i Regestbogen for det 16 Aar (4 Sept. 1331—32). Heraf kan man dog ikke uden videre slutte, at Aaret er urigtigt anført, eller at Registrator ved en Incurie har skrevet XV. istedetfor XVI., thi man har stundom, skjönt vistnok ikke ofte, Exempler paa, at Breve fra et tidligere Aar end det, hvorpaa en Regestbog lyder, i de fleste Tilfælde fra det næstforegaaende, ere indførte i denne, formodentlig fordi man havde glemt at indføre dem i den, hvor de egentlig hørte hjemme, eller fordi deres Expedition ej fandt Sted førend i det Aar, blandt hvis løbende Breve de ere optagne. At noget lignende har været Tilfælde med nærværende Brev, kunde man maaskee slutte deraf, at det, uagtet dateret i Mai, findes imellem en Samling andre, Danmark ei vedkommende Breve, daterede i Januar anno XVI. Naar altsaa ikke andre Data skulde gjøre det sandsynligt, at Brevet tilhører Mai 1332 (hvad der neppe er rimeligt), er den her stedfindende Uoverensstemmelse mellem Brevets og Regestbindets Aar ingen væsentlig Grund til at foretrække den sildigere Datering.

Her kommer det og i Betragtning, at et Brev, der handler om Hallands Fritagelse fra det samme Interdict i Anledning af Biskop Tyges Fængsling, er dateret 21de Juli 1331 (XII kal. Aug. ann. XV.) see Diplom. Svec. Nr. 2864. *M.s Anm.*

138.

Johan XXII.

19 Juni 1331.

Foreløbigt Provisionsbrev til Hellembert paa Slesvig Bispestol (cf. Nr. 135). For at Kirken ikke skulde staae altfor længe uden Styrrer, blev dette Brev givet ham; det skulde have Gyldighed i tre Maaneder, — ventelig indtil det fuldstændige Provisionsbrev var udfærdiget.

Johannes etc. dilecto filio Helemberto Electo Sleswicensi Salutem etc. Pridem ecclesia Sleswicensi per obitum bone memorie Johannis Episcopi Sleswicensis pastoris solatio destituta, nos eidem ecclesie, cuius prouisionem certis causis rationabilibus, que ad id nostrum animum induxerunt, dudum ea uice reseruauimus, districtius inhibentes, ut nullus contra reseruacionem nostram huiusmodi de prouisione se intromitteret ecclesie memorate, ac decernentes extunc irritum et inane, si secus per quoscumque super hijs scienter uel ignoranter attemptari contingeret, de pastore ydoneo, ne subiaceret amplius uacationis incomodis, prouidere uolentes et ad te dirigentes intuitum mentis nostre, de persona tua duximus eidem ecclesie de fratrum nostrorum consilio prouidendum, te illi preficientes in episcopum et pastorem, curam et administrationem illius in spiritualibus et temporalibus tibi plenarie committentes. Sane quia non parum ut accepimus expedit, ut ecclesia ipsa non remaneat diutius decetero gubernatoris regimine destituta, nos uolentes tuis et eiusdem ecclesie in hac parte prouidere utilitatibus et dispendijs precauere, ut quamuis prouisionis tue huiusmodi litteras non habeas nec ostendas, ad eandem ecclesiam tuam accedere ipsiusque administrationem per te tuosque vicarios, officiales, ministros et procuratores in spiritualibus et temporalibus suscipere ac usque ad tres menses a die data (sic) presentium computandos gerere plenarie ualeas, contradictores etc., dilecti quoque filij Capitulum eiusdem

ecclesie ac alij, quorum interest, tibi et eisdem vicarijs, officialibus, ministris et procuratoribus obedire, ac si dictas litteras haberes et ostenderes, felicitis recordationis Bonifacij pape VIII predecessoris nostrī et quacumque alia constitutione non obstante contraria, teneantur, plenam et liberam fraternitati tue facultatem et licentiam auctoritate presentium elargimur. Datum Auinione XIII kal. Julij pontificatus nostri anno XV.

Johannes etc. dilectis filijs capitulo ecclesie Sleswicensis Salutem etc. Pridem ecclesia uestra Sleswicensi etc. *uerbis competenter mutatis*. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus eidem episcopo (sic) tanquam patri et pastori animarum uestrarum plene et humiliter intendentes et exhibentes eidem obedientiam et reuerentiam debitam et deuotam, eius salutaria monita et mandata recipiatis ylariter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententias, quas ipse rite tulerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus usque satisfactionem condignam actore domino inuiolabiliter obseruari. Datum ut supra.

In eundem modum vniuersis vassallis et subditis ecclesie Sleswicensis *usque* Quocirca vniuersitatem uestram rogamus, monemus et hortamur attente, quatinus eundem episcopum suosque vicarios, officiales, ministros et procuratores honorificentia debita prosequi studeatis, eorum salutaria monita et mandata suscipiendo ylariter et efficaciter adimplendo, exhibentes eisdem fidelitatis solitum iuramentum, consueta sibi prestare seruicia et de iuribus et redditibus eidem episcopo debitis plenarie respondere curetis, ita quod idem episcopus in uobis deuotos filios inuenisse letetur, uosque patrem in eo habeatis assidue gratiosum. Alioquin sententias et penas quas ipse etc. Datum ut supra.

139.

Johan XXII.

5 Aug. 1331.

Biskop Hellembert havde af Medfølelse med den Nød og Trængsel, Paven led i Italien, lovet at hjælpe ham med 2000 Gylden, som skulde betales i Brygge i Flandern; af disse Penge havde Hellembert personlig betalt 800 Regaler, der regnedes for 940 Gylden; siden ved Ærke-egnen i Widaa 1080 Gylden, hvorfor han ved dette Brev fik fuld- stændig Qvittering for Summen.

Johannes etc. Venerabili fratri Helemberto Episcopo Sleswicensi Salutem etc. Dvdum tu frater, uarijs necessitatibus, nobis et ecclesie Romane pro expugnatione hereticorum et rebellium aduersus deum et ipsam ecclesiam fidemque catholicam in partibus Italie crudeliter seuientium incumbentibus, non absque pia compassione attentis, nobis et nostre camere pro eisdem utilius releuandis necessitatibus duo millia florenorum auri soluendorum in villa de Brugis Tornacensis diocesis nobis seu camerario nostro aut alie (sic) certe persone, a nobis uel ab ipso super hoc mandatum habenti, tua grata ac spontanea uoluntate, sicut in instrumento inde confecto continetur plenius, promisisti. Cum autem die septima mensis Junij proximo preteriti octingentos regales auri pro nongentis quadraginta florenorum auri per manus tuas, et die data presentium mille et octoginta florenorum auri per manus dilecti filii Nicolari (sic) Gerardi, Archidiaconi in Wicha (sic) in ecclesia Slesuicensi, pro complemento totius summe dictorum duorum milium florenorum per te ut prefertur promissorum nobis duxeris assignandos, Nos, uolentes tuis indempnitatibus super hijs precauere, te de dictis duobus milibus florenorum auri per te ut premittitur pro necessitatibus supradictis promissis et nobis solutis absoluimus tenore presentium et quitamus, uolentes ac etiam concedentes, quod predictum et quodcumque aliud instrumentum super dicta promissione ac obligatione inde facta confectum pro nullo decetero penitus habeatur. Datum Auinione non. Augusti pontificatus nostri anno XV.

140.

Johan XXII.

8 Febr. 1332.

Dette Brev peger uidentvilt tilbage paa Nr. 131, i hvilket de tre her nævnte Herrer, Ærkebiskop Karl, Biskop Johan af Roskilde og den pavelige Nuntius, Peter Gervasius, fik det Hverv at undersøge, hvorledes det forholdt sig med det Kirkeran, Grev Geert havde begaaet, og at fælde Dom i den Sag. I dette Brev udtaler Paven sin Forundring over, at han slet ikke har hørt noget om, hvorledes de havde røgtet deres

Hverv, og formaner saavel Ærkebisen som Biskoppen til ufortøvet at tage fat paa Sagen, og da meddele ham Underretning.

[Johannes episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri] Carolo Archiepiscopo Lundensi [Salutem etc.]. Miramur admodum, quod super negocijs, pro quibus ad partes regni Dacie dudum dilectum filium Magistrum Petrum Geruasij Canonicum Viuariensem apostolice sedis nuncium destinauimus, quee negocia tibi ac venerabili fratri nostro Johanni episcopo Roskildensi et eidem nuncio per nostras certi tenoris litteras commisisse meminimus, expeditionem actiuam aliquam non audimus. Quocirca fraternitatem tuam rogamus et in domino attentius exhortamur, quatinus adeo sedule studeas super hijs laborare, quod nos, fructum uotiuum de tuis laboribus huiusmodi colligentes, tibi reddamur in gratijs et oportunis fauoribus propter hoc merito promptiores, rescripturus nobis fideliter quicquid actum extiterit in premissis. Datum Auinione VI Id. Febr. pontificatus nostri anno X^o VI.^{to}

In eundem modum dicto Episcopo Roskildensi uer(bis) compe(tenter) mu(talis). Datum ut supra.

141.

Johan XXII.

Udtog af Breve, indeholdende Gunstbeviisninger mod forskjellige verdslige og geistlige Herrer i Slesvig.

18 Mai 1332. Abeli Woldemari militi et Cecilie eius uxori Slesvicensis diocesis indulgetur, quod in locis ecclesiasticis interdico suppositis possint sibi divina officia facere celebrari. Avinione XV kal. Jun. ann. 16.

Eidem Abeli, ut confessor, quem sibi elegerit, eum in mortis articulo etc. possit absoluere. s. d.

Cristiernu Maltonis providetur de canonicatu ecclesie Slesvicensis et prebenda vacatura, non obstante inter alia, quod ecclesiam in Lekky Slesvicensis diocesis noscitur obtinere. Executores: Cantor Ripensis, scolastici Tullensis et Lubicensis ecclesiarum. s. d.

Nicolao de Sestede, magistro in artibus, providetur de canonicatu ecclesie Ripensis et prebenda vacatura cum communitate, non obstante inter alia quod in ecclesia Sleswicensi canonicatum et prebendam et parochialem ecclesiam de Siceby Sleswicensis diocesis noscitur obtinere. Executores: Abbas monasterij Rurisregij — prepositus Novimonasteriensis — Jacobus de Mutina scholasticus ecclesie Tullensis. s. d.

8 Aug. 1332. Helleberto Episcopo Slesvicensi committitur auctoritas conferendi persone idonee canonicatum et prebendam ecclesie Hamburgensis, quos ante promotionem suam ad episcopatum Sleswicensem ipse possidebat. Avinione VI id. Augusti.

142.

Johan XXII.

16 Juni 1332.

Dette og det følgende Brev handle om den nye Biskop Hellebert af Slesvig. Strax efter sin Ankomst var han i Kraft af det ham meddeelte Provisionsbrev (Nr. 138) kommen i Besiddelse af Stiftet, men da de tre Maaneder vare omme, hvorpaa Brevet lød, havde Grev Geerts Broder Giselbert, udvalgt Biskop af Halberstadt, trængt ham ud af Sædet og med Vold bemægtiget sig Bispedømmets Indtægter. Dette Brev er stilet til samme Giselbert, og indeholder en skarp Bebreidelse af hans skammelige, hans »infame« Færd, tilligemed en Paamindelse om at afstaae fra sin Lovløshed og bøie sig for det pavelige Provisionsbrev.

Johannes etc. dilectis filijs Giselberto electo Halberstadensi et nobili uiro Gerardo comiti Holtzatie eius germano Salutem etc. Qvemadmodum habundanter exultamus in domino, copiose recreamus (sic) in intimis, ac deo uiuo et uero deuote laudis uitulum immolamus, cum sentimus et conspicimus Christi fideles, et presertim nobiles et potentes, suos rectos dirigere filialis reuerentie ac sincere deuotionis intuitus ad sanctam ecclesiam matrem et dominam eorumdem, eius prelatos et ministros obedienter et fideliter proseguendo, sic punctura doloris nostrum animum interius sentiat (sic) et non leuiter exacerbat, cum audimus dictos fideles ac precipue nobiles et potentes huiusmodi, qui esse debent alijs quibus principantur speculum et exemplar, ab eorum generosa degenerare prosapia, sedis apostolice auctoritatem contempnere, prelatos ecclesiarum spernere, ac bona et

iura ecclesiastica conculcare. Credimus siquidem plene ad uestram notitiam peruenisse, qualiter iam dudum ecclesie Sleswicensi tunc uacanti de persona venerabilis fratris nostri Hellemberti episcopi Sleswicensis, tunc scolastici ecclesie Bremensis, auctoritatea postolica de fratrum nostrorum consilio duximus prouidendum, ipsumque illi prefecimus in episcopum et pastorem, prout nobis dumtaxat competebat propter reseruatiorem per nos ante uacationem huiusmodi cum interpositione decreti factam de prouisione ecclesie antedictae, qualiterque dictus episcopus per certi temporis spatium administravit in episcopatu Sleswicensi auctoritate litterarum nostrarum sibi super hoc ex causa legitima concessarum. Nuper uero, quod admiranter referimus, ad apostolatus nostri peruenit auditum, quod uos, qui pro diuina et dicte sedis reuerentia deberetis prefatum episcopum in suis manutenere iuribus ac etiam defensare, ad occupationem et perceptionem fructuum episcopalis mense Sleswicensis per uos uestrosue balliuos pro maiori parte ipsorum fructuum manus uestre potentie minus rationabiliter pro uestro libito extendistis, subditos clericos et laicos ac monasteria ipsius episcopatus talliando, penas et multas imponendo eisdem, et hijs non contenti sub penis grauissimis nobis expositis generaliter inhibuistis, ut nullus dictum episcopum seu aliquem de suis recolligeret uel hospitaretur in ciuitate Sleswicensi, sita in ducatu Jutie, cuius curam et regimen tu fili comes diceris exercere, sicque littere oportune confectae de nostra prouisione huiusmodi ad eam facientes propter premissam inhibitionem uestram publicate nequaquam fuerunt, nec in dicta ciuitate illas publicare audet seu potest episcopus prelibatus. Quantum autem huiusmodi processus uestri immo uerius excessus grauitas obscenitatis maculam in uestri generis ingerat claritatem, quantamue notam infamie uobis inferat, uobisque salutis dispendium afferat euidenter, nemo sane mentis ignorat, et qui diligenter intelligit, recte sentit. Quia igitur uolumus et debemus, super gregem dominicum

uigilis pastoris custodiam nobis diuinitus creditam obseruantes, oues gregis eiusdem tam plebeias quam etiam generosas a calle rectitudinis deuiantes ad caulam domini, quatenus cum eius uirtute possumus, reuocare, salutisque uestre premium in Christo solitudine paterna zelantes, et cupientes, ut huiusmodi nostra prouisio effectum plenum et debitum, prout rationi congruit, sortiatur, discretionem uestram attente requirimus, monemus et hortamur in domino Jhesu Christo, uobis nichilominus iniungentes, quatenus respectum habentes ad eterne omnipotentiam majestatis, que genus humanum producit in esse, et quando uult facit ad non esse pro suo arbitrio uisibiliter peruenire, necnon pro nostra tanquam patris et sancte Romane ecclesie uelut matris obedientia prestanda, curetis a premissis, iustitie ac decencie uestre contrarijs, sine difficultate qualibet et cum celeritatis promptitudine omnino desistere, et que minus iuste in episcopum et ecclesiam Slesuicensem prefatos attemptasse noscimini, ad statum debitum per satisfactionem congruam reuocare, neque talia contra eos decetero attemptetis, ac permittatis publicari supradictas ipsius prouisionis litteras et alias ad eandem prouisionem facientes, ubi et quando fuerint publicande, necnon eundem episcopum nancisci libere possessionem episcopatus et bonorum mense prefatorum, ac eorum plena et pacifica huiusmodi possessione gaudere, et quod a suis subditis reuerentia et obedientia debita, cessante quouis impedimento uestro, efficaciter impendatur, sic ergo huiusmodi requisitionem, monitionem, hortationem et iussionem nostras studeatis mansuete audire, illisque humiliter acquiescere ac eos per effectum operis efficacis celeriter exaudire, quod exinde apud deum mereamini sue retributionis premium consequi, a nobis et eadem sede percipere benedictionis uberis incrementum, et preter hec humane laudis famosum titulum reportare. Datum Auinione XVI kal. Julij pontificatus nostri anno sextodecimo.

Johan XXII.

. 16 Juni 1332.

Dette Brev giver en uførligere Omtale af den samme Sag. Der var begaaet en Feil ved Hellemberts Provision; Biskop Johan var nemlig dengang ikke død, som man meente i Rom; og først efterat han var ordineret, fik man Feiltagelsen af vide; den gamle Biskop var syg dengang, men kort efter døde han. Nu erholdt Hellembert en ny Provision, men da det ilede med at han kom afsted og det officielle Brev ikke hurtigt nok kunde udfærdiges af det pavelige Kancelli, fik han af Pavens egen Haand et foreløbigt paa tre Maaneder (Nr. 138). Med dette kom han til Slesvig, men da de tre Maaneder vare gaaede, og Brevet endnu ikke var kommet, benyttede den verdslige Magt sig deraf, berøvede ham den bispelige Myndighed, saa at Hellembert, da han virkelig havde faaet Brevet, ikke var istand til at publicere det i Kirkerne. Derfor blev det nu ved dette Pavebrev overdraget tvende Prælater af de nærmest boende, tilligemed Pavens Kapellan, at de skulde sætte Hellembert i virkelig Besiddelse af Bispestolen med alle dens Rettigheder.

Johannes etc. dilectis filijs . . preposito monasterij sancti Georgij Stadensis per prepositum soliti gubernari, et . . Hamburgensis Bremensis diocesis ac magistro Jacobo de Mutina capellano nostro Tutensis ecclesiarum scolasticis Salutem etc. Violentarum presumptuosis ausibus per oportuna remedia obuiandum existit, et contra illos est ad uirilis tutele presidium recurrendum, ita quod ob hoc efficaciter eorum conatibus resistatur, alijque a talibus uel similibus arceantur, ad quod debet ob zelum iustitie presidentis officium potenter et rationabiliter exerceri, ut eminus iuris iniuria repellatur et preualeat cominus iudicium rationis. Dudum siquidem bone memorie Johanne episcopo Slesvicensi regimini Slesvicensis ecclesie presidente, nos cupientes eidem ecclesie, cum eam vacare contingeret, personam utilem per apostolice sedis prouidentiam presidere, prouisionem ipsius ecclesie, quam primum ea quouis modo et ubicumque vacare contingeret, dispositioni nostre ac sedis eiusdem, ea uice duximus reseruandam, decernendo extunc etc., ac deinde ad audientiam nostram deducto, quod dicta ecclesia per obitum ipsius Johannis episcopi vacabat, nos volentes eidem ecclesie de pastore ydoneo prouidere, de persona venerabilis fratris nostri Hellemberti episcopi Sles-

vicensis, tunc scolastici ecclesie Bremensis, in sacerdotio constituti, de litterarum scientia, uite ac morum honestate, prudentia spiritualium et prouidentia temporalium alijsque uirtutum meritis nobis fidedignis testimonijs multipliciter commendati, de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica duximus prouidendum, ipsumque illi prefecimus in episcopum et pastorem, ac subsequenter sibi apud sedem apostolicam constituto per venerabilem fratrem nostrum Gaucelinum episcopum Albanensem munus fecimus consecrationis impendi, postmodum autem fidedigna et certa relatione percepto, quod tempore nostre prouisionis et consecrationis huiusmodi prefatus Johannes, licet graui esset infirmitate detentus, adhuc tamen in humanis agebat, sed postea per aliquod spatium labentis temporis in illis partibus expirarat, nos ad prouisionem ipsius ecclesie Slesvicensis, de qua nulluspreter nos se hoc uice intromittere poterat, reseruatione ac decreto huiusmodi obsistentibus, sollicitis studijs intendentes, et considerantes etiam, quod dictus Hellembertus consecratus, ut predicatur, episcopus nullius ecclesie remanebat, post deliberationem, quam super hijs habuimus cum eisdem nostris fratribus diligentem, ad prefatum Hellembertum direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de dicto Hellemberto eidem ecclesie Slesvicensi de ipsorum fratrum nostrorum consilio auctoritate predicta duximus prouidendum, ipsumque illi prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie Slesvicensis in spiritualibus et temporalibus sibi plenarie committendo. Subsequenter namque, pro eo quod dictus Hellembertus huiusmodi prouisionis nostre litteras celeriter, ut expediebat, nequiebat de cancellaria nostra forsitan obtinere, nos ei ex causa legitima tunc expressa, ut, quamuis non haberet nec ostenderet litteras antedictas, ad eandem ecclesiam Slesvicensem accedere ipsiusque administrationem suscipere, ipsamque per se uel vicarios, officiales et ministros suos in spiritualibus et temporalibus plenarie in sua diocesi usque ad tres menses a

certo tempore tunc expresso gerere posset, felicitatis Bonifatij pape VIII predecessoris nostri et quavis alia constitutione contraria non obstante, plenam et liberam concessimus inter alia per nostras litteras facultatem, prout in predictis eiusdem prouisionis et alijs huiusmodi concessionis nostre litteris inde confectis plenius continetur. Ac predictus Hellembertus auctoritate dictarum litterarum ipsius concessionis publicatarum ibidem, prout ad apostolatus nostri peruenit auditum, dictam administrationem ipsius episcopatus suscepit, et eam per dictos tres menses gessit, percipiendo pacifice fructus episcopatus eiusdem, ac elapsis prefatis tribus mensibus ab exercitio administrationis predictae cessauit, litteras huiusmodi prefate prouisionis humiliter expectando, et medio tempore non nulli partium dicto episcopatu vicinarum, qui nomen domini in uacuum recipere non formidant, quibusue fauor suppetit potentie temporalis, cum nondum idem Hellembertus prefatas dicte prouisionis litteras recepisset, per se et alios diuersa impedimenta prestiterunt et prestare non desinunt, quominus ipsius prouisionis littere, quas interim Hellembertus habuit antedictus, tam in ciuitate Slesuicensi quam in certis alijs locis eiusdem diocesis publicari ualerent, et nequiter satagunt prepedire, quominus prefatus H. in ciuitate recipiatur eadem, hijsque non contenti manus eorum occupatrices ad maiorem partem fructuum dicti episcopatus extendere presumpserunt, et occupare fructus huiusmodi non verentur, subditos eiusdem episcopatus diuersis vexationibus et exactionibus multipliciter aggrauando, grauibusque penis minacibus generaliter terrendo, ut nullus predictum Hellembertum aut aliquem de suis recolligat uel hospitium in ciuitate prebeat supradicta. Nos igitur decens et debitum reputantes, ut aduersus predictorum aduersantium in premissis dicto Hellemberto presumptuosam audaciam reprimendam eidem Hellemberto per dicte sedis prouidentiam celeriter succurratur, discretioni uestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus uos uel II aut I uestrum per uos uel alium seu

alios predictum Hellembertum uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem ecclesie Slesvicensis et episcopatus predictorum, ac bonorum episcopalis mense Slesvicensis, nec non iurium et pertinenciarum eorundem, inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum, amoto ab eis quolibet detentore, facientes eidem Hellemberto a dilectis filijs capitulo eiusdem ecclesie et clero ac populo ciuitatis et diocesis Slesvicensis tamquam legitimo et vero eorum antistiti ac patri et pastori animarum suarum pareri efficaciter et intendi, nec non ab vniuersis vassallis eiusdem ecclesie Sleswicensis de consuetis seruitijs et iuribus sibi ab eis debitis ac de fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus uniuersis ecclesie Slesvicensis, episcopatus et bonorum predictorum ad eam spectantibus integre responderi, sibique de supradictis fructibus occupatis plenam et debitam satisfactionem impendi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus communiter uel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod excommunicari, suspendi uel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem; et quauis alia dicte sedis indulgentia generali uel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam huiusmodi excommunicationis explicatio impediri possit quomodolibet uel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Datum Auinione XVI kal. Julij pontificatus nostri anno XVI.

144.

Johan XXII.

13 Sept. 1334.

Dette Brev er stilet til Ministeren og samtlige Custodier og Guardianier af Minoriternes Orden i Provindsen Danmark. Det handler om en ganske mærkelig Munketrætte. En Broder i Løgumkloster af Citeriensernes Orden, Knud Aagesen fra Ribe, havde tidligere aflagt Løftet til Minoriternes Orden, men han var bleven løst fra dette Løfte af Pavens Pœnitentiar Biskop Gaucelin, hvem Paven mundtlig havde givet

dette Hverv, og var da med Biskoppens Tilladelse traadt ind i det nævnte Kloster. Efter at han havde levet der i flere Aar, gjorde Minoriterne Indsigelse, ja gjorde Forsøg paa at gribe Manden og føre ham tilbage til deres Orden. Han henvendte sig da til det apostoliske Sæde, og Pave Johan befalede i dette Brev, at Minoriterne skulde lade ham og Klosteret i Fred.

Johannes etc. dilectis filijs . . ministro ac vniuersis custodibus et gardianis fratrum ordinis minorum et eisdem fratribus per prouinciam Datie constitutis Salutem etc. Deuotioni congruit, caritati concordat et consonat rationi, ut hij, qui se misericordiarum patri et domino pro eius miserationis gratia impetranda in humilitatis spiritu perpetuo seruituros regularis professionis astricti uinculo dedicarunt, in huiusmodi eorum honesto et salubri proposito foueantur, nec in illo aliquatenus perturbentur, sed pacifice permittantur excellentie diuine quietis mentibus pensum exoluere debite seruitutis. Sane dilectus filius Kanutus Aghonis de Ripis, monachus monasterij loci dei Cisterciensis ordinis Ripensis diocesis, sua nobis humili et deuota insinuatione monstrauit, quod olim tempore ab obseruantia et obediencia uestri ordinis, in qua se uinculo professionis astrinxerat, per litteras venerabilis fratris nostri Gaucelini episcopi Albanensis, penitentiarie nostre curam gerentis, auctoritate nostra et de speciali nostro mandato super hoc uiue uocis oraculo sibi facto penitus absolutus, ad ordinem Cisterciensem de licentia ipsius episcopi et auctoritate predicta sibi a nobis concessa sine mora se transtulit, in quo pluribus annis extitit iam professus et in dicto monasterio laudabiliter conuersatus, uerum quia uos uel aliqui uestrum, minus ueraciter asserentes, huiusmodi absolutionem et licentiam per eundem episcopum auctoritate et de mandato nostris predictis habitas et factas non ualere, pro eo quod de potestate sua, quam super hoc a nobis receperit, sub bulla nostra non apparent absolutio et licentia prelibate, dictum Kanutum temere capere, necnon ad eundem uestrum ordinem, de quo auctoritate et mandato prefatis absolutus ut prefertur fuerat, reducere nitimini, et tam Kanutum quam

monasterium predicta per impetitionem huiusmodi uexatis multipliciter et etiam perturbatis. Cum itaque idem Kanutus intendat ut asserit in ordine Cisterciensi iamdicto uirtutum domino imperpetuum famulari, nobis supplicauit humiliter et deuote, ut prouidere sibi super hoc de apostolice sedis clementia et benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi prefati Kanuti supplicationibus inclinati, vniuersitati uestre per apostolica scripta districte mandamus, quatenus Kanutum et monasterium antedicta premissorum occasione deinceps nullatenus perturbetis, nec per alios perturbari quomodolibet procuretis, sed permittatis in pace predictum Kanutum degere deoque seruire in monasterio et Cisterciensi ordine memoratis, sic igitur huiusmodi mandatum apostolicum uobis directum obedienter adimplere curetis, quod exinde de uirtute obedientie humilis et deuote, ad quam etiam uos regularis obseruantie uigor astringit, commendari merito ualeatis. Datum Auinione Idus Septembr. pontificatus nostri anno decimo nono.

145.

Benedict XII.

12 Nov. 1335.

Dengang Clemens V. paa Konciliet i Vienna havde udskrevet Tiende af Klereciat over hele Christenheden, beskikkede Kapitlet og Klereciat i Roskilde By og Stift blandt andre Kanik Johannes Saumari, Sogneherre i Egeslev, til Indsamler. Det pavelige Sendebud Petrus Gervasius (se Nr. 131; 140) lyste denne Indsamler i Band, lagde Beslag paa hans Embedsindtægter og paa alt hans Gods, samt beskikkede en anden Præst Nicolaus Spink til at oppebære Indtægterne af Egeslev Kirke, indtil den romerske Stol havde faaet Vederlag for de indsamlede Penge. Men den nævnte Kanik Johannes fandt Medhold hos Abbeden for Alving Kloster i Aarhus Stift og hos Kantor Johannes Roth ved Aarhus Kirke; disse støvned Nicolaus Spink i Kraft af nogle apostoliske Breve, ja drev det saavidt at han blev bandlyst. Paven, til hvem den haardt betrængte Klerk havde appelleret, da han ikke i Landet selv kunde komme til sin Ret, erklærede den Anvendelse, der var gjort af hine Breve, for en Misbrug, og beskikkede ved det her meddelte Brev Domprovsten i Lund til Dommer i denne Sag.

Benedictus etc. dilecto filio . . . preposito ecclesie Lundensis salutem etc. Offitij nostri debitum exigit, ut cuique

poscenti exhibeamus iustitie complementum. Ex tenore siquidem petitionis dilecti filij Nicholai dicti Spink presbiteri Roskildensis diocesis nobis porrecte collegimus, quod cum dudum felicis recordationis Clemens papa V. predecessor noster clericis per uniuersum mundum decimas pro transmarino subsidio imposuerit in Concilio Viennensi, dilecti filij . . decanus et capitulum ecclesie Roskildensis necnon clerus Roskildensis ciuitatis et diocesis, uolentes huiusmodi decimas soluere, inter ceteros dilectum filium Johannem Saumari canonicum Roskildensem, rectorem ecclesie de Egeslev dicte diocesis Roskildensis, huiusmodi decimarum collectorem fecerunt, qui magnam quantitatem pecunie de huiusmodi decimis illo tempore collegit, quam soluere Romane ecclesie recusauit, propter quod ipse excommunicatus auctoritate apostolica fructusque beneficiorum suorum et bona sua omnia arrestata fuerunt per dilectum filium Petrum Geruasij, canonicum ecclesie sancti Auodij Anitiensis diocesis, ad hoc auctoritate apostolica deputatum, qui etiam eadem auctoritate deputauit prefatum Nicholaum ad recipiendum fructus ecclesie de Egeslef predicte pro eodem Petro et nomine ecclesie Romane prefate, donec de pecunia collecta a dicto Johanne ex dictis decimis foret ipsi Romane ecclesie plenarie satisfactum, quodque ex eo quod dictus Nicholaus tanquam obedientæ filius de fructibus prefate ecclesie de Egeslef se intromisit, ut poterat et debebat, idem Johannes per dilectum filium . . abbatem monasterij in Alwing Arusiensis diocesis, et magistrum Johannem Rooth, cantorem ecclesie Arusiensis, uigore quarumdam litterarum apostolicarum fecit ipsum ad iudicium euocari, eumque de facto turbauit, uexauit, molestauit et excommunicari fecit et excommunicatum publice nuntiari, ipsum nequiter diffamando, litteris huiusmodi abutendo etiam in contemptum, preiudicium et iniuriam apostolice sedis, quamuis dicte littere apostolice prefatis abbati et cantori contra dictum Nicholaum nullam iurisdictionem tribuissent, propter que idem Nicholaus maxima dampna, labores subijt et expensas, et effectus

est quodammodo pauper, et quod idem Nicholaus a prefatis sententijs et processibus dictorum abbatis et cantoris scilicet nullis ad sedem appellavit eandem. Quare prefatus Nicholaus nobis humiliter supplicavit, ut cum ipse propter potentiam dictorum abbatis et cantoris et Johannis ac malum statum illarum partium non speret infra civitatem seu diocesem Arusiensem se posse assequi contra eos iustitie complementum, providere sibi super hijs de oportuno remedio misericorditer dignaremur. Nos itaque, qui sumus omnibus in exhibitione iustitie debitores, uolentes eidem Nicholao in sua iustitia non deesse, ipsius supplicationibus inclinati discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus, uocatis abbate et cantore et Johanne predictis et alijs qui fuerint euocandi, huiusmodi causam appellationis et negotij principalis ac iniuriarum sibi, ut premittitur, illatarum cum suis emergentibus, dependentibus et annexis auctoritate nostra audias et debito fine decidas, faciens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari; testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas ueritati testimonium perhibere, non obstantibus felicis recordationis Bonifacij pape VIII etc. etc. Datum Auinione ij Id. Nouembr. pontificatus nostri anno primo.

146.

Benedict XII.

21 Juni 1337.

Til Biskop Tyge af Børglum. Grev Geert havde bedt om, at Interdiktet maatte mildnes ogsaa i hans Lande, da han ingen Deel havde haft i Biskoppens Fængsling, ja endog mandelig havde staaet paa hans Frigivelse, og alligevel havde ladet sine Undergivne betale den i Loven bestemte Bøde. Da Forholdene ikke vare Paven noie bekendte, overlod han Biskoppen Afgjørelsen (cf. Nr. 137).

Benedictus etc. Venerabili fratri Thuconi episcopo Burglanensi Salutem et cetera. Significavit nobis dilectus filius nobilis vir Gerardus Haltzatie et Stormatie comes, quod olim pro eo, quod quondam Christoforus rex Dacie ausu sacrilego te cepit et carceri mancipavit, teque de-

tinuit per annum et dimidium eidem carceri mancipatum, totum regnum Dacie uigore cuiusdam constitutionis per sedem apostolicam confirmate suppositum extitit ecclesiastico interdicto, quodque idem comes eiusque subditi in huiusmodi captione uel carceris mancipatione aut detentione persone tue culpabiles non fuerunt, nec causam aliquam prestiterunt eisdem, quinimmo idem comes pro liberatione tua tibi uiriliter astitit, et nichilominus a suis subditis tibi et ecclesie tue Burglanensi iuxta ipsius constitutionis tenorem competentem prestari fecit emendam. Quare prefatus comes nobis humiliter supplicauit, ut cum prefatum interdictum in toto dicto regno preterquam in eius dominio fuerit relaxatum, illud similiter relaxari in dicto dominio suo misericorditer mandaremus. Quia igitur de premissis noticiam non habemus, fraternitati tue presentium tenore committimus, quatenus si est (sic) et tue de emenda huiusmodi contenteris, dictum interdictum in dominio, quod idem comes in Dacia dicitur possidere, auctoritate nostra relaxes. Datum Auinione XI kal. Julij pontificatus nostri anno tertio.

Utrykte Pavebreve angaaende danske Kirkeforhold

Ved Dr. L. N. Helveg.

II.

147.

Benedict XII.

28 Juli 1337.

Dispensationsbrev for Broder af Tofting (en Landsby i det sydlige Slesvig ved Tønning) og Hustru Inge, Datter af Hunvard af Tofting, der vare hinanden beslægtede i fjerde Led.

Benedictus etc. Venerabili fratri Episcopo Sleswicensi salutem etc. Petitio pro parte dilecti filij Brotheri de Toftingh laici et dilecte in Christo filie Inge nate dilecti filij Hunwardis de Toftingh tue diocesis nobis exhibita continebat, quod olim ipsi ignorantes fore aliquid obstaculum quin possent inuicem matrimonialiter copulari, in fatie ecclesie bannis ut moris ac iuris est editis, nemine se opponente, matrimonium per uerba de presenti inuicem contraxerunt, et carnali inter eos copula subsequuta, prolem inde suscepisse noscuntur, quodque postmodum ad eorum ex quadam sui confessoris informatione peruenit notitiam, quod ipsi sunt ex utroque latere quarto consanguinitatis gradu coniuncti, propter que non possunt in huiusmodi matrimonio licite remanere, dispensatione super hoc apostolica non obtenta. Quare pro parte ipsorum fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum ex separatione ipsorum, si fieret, grauia possent exinde scandala et contentiones inter eorum amicos et consanguineos exoriri, prouidere eis super

hoc de oportune dispensationis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur, qui salutem et pacem querimus singulorum, huiusmodi scandalis et contentionibus quantum cum deo possumus obuiare uolentes, huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue, de qua fidutiam gerimus in domino specialem, per apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, cum eisdem Brothero et Inga, ut, impedimento huiusmodi non obstante, in dicto matrimonio licite remanere ualeant, auctoritate nostra dispenses, prolem susceptam et suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam nuntiando. Datum Auinione v. kal. Augusti pontificatus nostri anno tertio.

148.

Benedict XII.

13 Jan. 1338.

Pave Benedict XII var i sit Pontificats første Aar meget ivrig i at virke for en Reformation især af Munkeordenerne. Her er Tale om en Reformation af »de sorte Munke«, hvorved dog ikke maa tænkes paa Dominikanerne, da der som Ordenens Foresatte nævnes Abbeder, Prierer og Dekaner, men snarere paa den ældre Orden, der sædvanlig benævnedes paa den Maade, nemlig Cluniacenserne. Selve Pavens Reformations-Bulle anføres ikke, men den sendes med dette Brev til Ordenens Provindsial-Capitel for Danmark, som snart forstod.

Benedictus etc. dilectis filiis vniuersis Abbatibus, Prioribus et Decanis aliisque personis ordinis seu religionis monachorum nigrorum in proximo ipsorum prouinciali capitulo celebrando in Regno Datie congregandis salutem etc. Ad salubrem et felicem statum ordinis et religionis monachorum nigrorum paterne considerationis intuitum attentius dirigentes, pro salute et prosperitate illorum prehabita deliberatione matura, nonnulla statuta edidimus et ordinationes fecimus, que uoluimus et mandauimus, ac uolumus et mandamus ubique infra ordinem seu religionem huiusmodi perpetuis futuris temporibus firmiter obseruari, prout in eisdem statutis et ordinationibus bulla nostra munitis plenius continetur. Quocirca vniuersitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus ordinationes et statuta predicta cum multa maturitate digesta et in vnam compilationem redacta,

quam sub eadem bulla nostra uobis transmittimus, prompto et deuoto suscipientes affectu, ipsam, utpote spiritualem profectum uestrum et totius ordinis decorem respicientia memorati, efficaciter obseruetis, et quantum ad uos pertinerit fatiatis per alios obseruari, ut luceat lux uestra coram hominibus in bonis operibus, et in eis pater celestis iugiter collaudetur. Datum Auinione idus Januarij pontificatus nostri anno tertio.

149.

Benedict XII.

8 Dec. 1338.

Paveligt Afladsbrev in articulo mortis for Johan Eriksen, Herre af Borsyo, og Hustru i Odense Stift.

Benedictus etc. Dilecto filio nobili viro Johanni Erixi domino de Borsyo militi et dilecte in Christo filie nobili mulieri Gerthrudi eius vxori Othoniensis diocesis Salutem etc. Prouenit ex uestre deuotionis etc. . . . suffragetur. Nulli ergo etc. nostre concessionis et uoluntatis infringere etc. Datum Auinione vi. Idus Decembris pontificatus nostri anno quarto.

(Formularen den sædvanlige for Breve om Absolution in articulo mortis).

150.

Benedict XII.

30 Juni 1339.

Et Brev til Biskop Hellembert af Slesvig (jfr. Nr. 142 og 143), foranlediget ved et Klagemaal fra Slesvigs Domkapitel over hans Embedsførelse. Han havde paa egen Haand skjænket Kirkens Gods til sine Frænder og Venner, samt indsat Grev Geerts Broder Giselbert, udvalgt Biskop til Halberstadt, til sin Vikar og muelige Efterfølger, hvorved han i Grunden havde underlagt Kirken de verdslige Herrers Myndighed tværtimod Bestemmelsen paa det sidste Concilium i Lyon, hvilket Paven strængelig forbyder (jfr. min Kirkehist. II. S. 97).

Benedictus etc. Venerabili fratri Hellemberto Episcopo Sleswicensi etc. Ex insinuatione dilectorum filiorum . . Prepositi et . . Archidiaconi et Capituli ecclesie Sleswicensis ad apostolatus nostri non absque admirationis materia et commotionis causa peruenit auditum, quod licet dicta ecclesia per bone memorie Johannem Episcopum Slesvicensem pro-

ximum predecessorem tuum recta et gubernata laudabiliter extitisset, nec ipsius Johannis presulatus tempore fuisset aliquibus debitorum oneribus agrauata, postquam tamen ipsi ecclesie per dicti Johannis obitum tunc uacanti per felicitis memorie Johannem papam XXII predecessorem nostrum de te prouisum extitit, tuque illi fuisti prefectus in Episcopum et pastorem, tu pro uoluntatis tue utinam ordinate arbitrio, si facta insinuatis consonent, bona eiusdem ecclesie immobilia consanguineis et amicis tuis, necnon quibusdam petentibus illarum partium sine requisitione uel consensu siue assensu dictorum capituli obligasti, et nonnulla ex eis alienasti dampnose in casibus a iure nequaquam permissis, et a tuis subditis eiusdem ecclesie ratione per exactiones forsitan indebitas maximas pecuniarum summas, ut creditur, extorsisti, et cum pecunias ipsas taliter extortas uel alias acquisitas te in utilitatem ecclesie prefate uelle conuertere speraretur, tu cum eis congregatis, ciuitate ac diocesi tuis dimissis, ad partes alias transtulisti et in eis de dictis pecunijs ad ad uitam tuam emisti redditus, nec ad easdem ciuitatem et diocesem, etiam per ipsos capitulum requisitus, pro reformatione ipsius ecclesie redire iam per biennium curauisti. Et quamuis nobilis vir Gerhardus comes de Halsatia predictam ecclesiam a tempore huiusmodi prouisionis et perfectionis de te factarum multipliciter oppressisset, et ad subiectionem, submissionem uel subpositionem subsequentes aspirans, dampna grauia et immensa eidem ecclesie intulisset, tu tamen et debilitate forsitan cordialis uirtutis prefatam ecclesiam eidem comiti uolens subicere, summittere, siue supponere indirecte, dilectum filium Gisbertum electum Halberstadensem, predicti comitis fratrem, tuum vicarium, immo in Episcopatu Sleswicensi uerius sucesorem, irreuocabiliter ordinasti, sibi que dictam ecclesiam, castra, munitiones et iura eius, tunc alijs minime obligata uel alienata, in spiritualibus et temporalibus, sub certa pensione annua tibi exoluenda minus prouide minusue licite commisisti, ex quibus dispendiose ac irrationabiliter per te

factis resultare noscitur, ut accepimus manifeste, quod nisi eis per apostolice sedis prouidentiam de remedio celeri occurratur, ad irreparabilis desolationis obprobrium statumque irreparabilem eorumdem iamdicta ecclesia procul dubio deducetur, nec non castrorum, munitio, bonorum et iurium ipsius ecclesie alienatio perpetua uerisimiliter formidatur, quare nobis prepositus, archidiaconus et capitulum supradicti premissa in nostram notitiam perducentes, prout ad id iuris exigentia tenebantur, deuote atque humiliter supplicarunt, ut super prenarratis apponere oportunum remedium clementer et celeriter dignaremur. Nos igitur attendentes, quod talis alienatio dicto electo per te ut fertur facta, utpote incongrua et dampnosa, est suspecta et irrationabilis reputanda, cum per eam subintelligi ualeat, quod alienatio huiusmodi tendat ad subiectionem, submissionem et suppositionem predictorum alienatorum, que per uiam indirectam transeant in comitem prelibatum, et tales subiectiones, submissiones et suppositiones, cum ad laycos transeunt, ultimi consilij Lugdunensis constitutio penaliter detestetur, quodque alienationes perpetuas utriusque iuris censura prohibeat, licet in certis casibus et cum solennitate tunc debita relaxentur, fraternitati tue attente consulimus, et districte precipiendo mandamus, quatenus supradicta preiudicialia nunc et imposterum, et quicquid circa ea fecisti, cum celeritate oportuna realiter studeas in statum debitum reuocare, prudenter reparare ac utiliter reformare, taliter et sapienter, quod prae conditioni dicta ecclesia subiecta non remaneat ulterius, sed sua gaudeat libertate, nam quamquam benigne nostris fratribus et coepiscopis deferamus, eis tamen uel alijs contra deum deferre non intendimus nec debemus, et ex offitij nostri debito oportune obuiare tenemur, ne derogetur canonicis institutis, et cum illis derogari contingit, id in statum debitum reducatur. Sic ergo te super hijs efficaciter gerere non ommittas, quod uires super eis non excites apostolice potestatis. Datum Auinione ii Kal. Julij pontificatus nostri anno quinto.

151.

Clemens VI.

6 Febr. 1344.

Pave Clemens bringer her sin Forgjængers Pave Benedict XII's Bulle Ad regimen i Anvendelse, hvorved alle Præbender, der vare blevene ledige i Rom (apud sedem apost. vacantia s. vacatura), skulde besættes af Paven (min Kirkehist. II S. 83). Ærkebiskop Peter i Lund havde nemlig besiddet et Kanonikat i Roskilde, og da han i Rom var bleven forfremmet til Ærkebiskop i Pave Benedict's Tid (d. 27. Febr. 1336, Regesta I nr. 2133), saa var ved den Leilighed hint Kanonikat blevet ledigt, og da Forgjængeren ikke i levende Live havde bestemt noget angaaende dette Kanonikat, saa bestemte Pave Clemens nu, efter Anbefaling af Kong Magnus, som dengang var Herre i Skaane, at Mathæus Petersen skulde have det, uanset at han allerede besad en Sognekirke i Lunds Stift og et Vikariat ved Lunds Domkirke.

Clemens etc. dilecto filio Mattheo Petri Canonico Roskildensi salutem etc. *Attributa tibi merita probitatis, super quibus apud nos multipliciter commendaris, exposcunt, ut personam tuam fauore specialis gratie prosequamur. Dudum siquidem felicis recordationis Benedictus papa XII predecessor noster in sui apostolatus primordijs omnes canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud sedem apostolicam quocunque modo uacantia et imposterum uacatura dispositioni sue, donec miserationis diuine clementia ipsum vniuersalis ecclesie regimini presidere concederet, reseruauit, decernens extunc irritum et inane si secus super hijs a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingeret attemptari, ac deinde dicto predecessore, sicut domino placuit, de hac luce subtracto, nos ad apicem summi apostolatus assumpti, vno mense a nostre promotionis exordijs tunc nondum elapso huiusmodi canonicatus et prebendas ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud dictam sedem quocunque modo uacantia et inantea uacatura cum similis interpositione decreti donationi nostre duximus reseruanda. Cum itaque canonicatus et prebenda ecclesie Roskildensis, quos venerabilis frater noster Petrus Archiepiscopus Lundensis olim tempore promotionis per predecessorem eundem de ipso, tunc apud sedem apostolicam personaliter constituto, facte ad*

Lundensem ecclesiam tunc uacantem in eadem ecclesia Roskildensi obtinebat, per promotionem huiusmodi et consecrationis munus de mandato dicti predecessoris et eo uiuente apud dictam sedem prefato Petro Archiepiscopo impensum apud sedem ipsam uacuisse et adhuc uacare noscantur, nos attendentes, quod de dictis canonicatu et prebenda, de quibus sic uacantibus dictus predecessor dum uixit minime ordinauit, nullus preter nos hac uice disponere potest, reservationibus et decretis obsistentibus supradictis, ac uolentes tibi premissorum meritorum tuorum intuitu nec non consideratione carissimi in Christo filij nostri Magni Regis Swetie et Norwegie illustris, nobis pro te clerico suo humiliter supplicantis, gratiam facere specialem, predictos canonicatum et prebendam, quorum fructus redditus et prouentus viginti florenorum auri de Florentia secundum taxationem decime antique ualorem annum, sicut asseritur, non excedunt, sic uacantes cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentijs suis apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis etiam prouidemus, decernentes prout est, irritum et inane, si secus super hijs a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus, uel contigerit imposterum attemptari, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie Roskildensis contrarijs etc. etc. seu si super prouisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in prædicta ecclesia Roskildensi speciales etc. litteras impetrarint etc. aut si venerabili fratri nostro . . . Episcopo et dilectis filijs Capitulo Roskildensi etc. etc., siue quod tu parochialem ecclesiam Brundby Lundensis diocesis et quandam perpetuam vicariam in ecclesia Lundensi, quarum fructus, redditus et prouentus quadraginta florenorum auri de Florentia secundum taxationem decime ualorem annum, sicut asseritur, non excedunt, nosceris obtinere. Nulli ergo etc. nostre collationis, prouisionis, constitutionis et uoluntatis infringere etc. Datum Auinione viii Idus Februar. pontificatus nostri anno secundo.

In e. m. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi et dilectis filijs . . Decano et Benechino Henrici canonico ecclesie Lundensis salutem. *Attributa etc. vsque* noscitur obtinere. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus uos uel duo aut vnus vestrum per uos uel alium seu alios eundem Matheum uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem canonicatus etc. inducatis auctoritate nostra et defendatis inductum etc. etc. Datum ut supra.

152.

Clemens VI.

15 Aug. 1345.

Flere navngivne Kaniker og Klerke fra Lunde Kirke og Stift førte Klagemaal over en sjællandsk Lægmand Henrik Rise, der med sine Fæller havde overfaldet dem med Vold, dengang de ad Søveien vendte hjem fra Studiet i Paris, berøvet dem deres Bøger og Sager, og holdt dem i Fangenskab over eet Aar. Paven overdrog det til Biskopperne af Roskilde, Ribe og Lybek, at de alle som een eller een for alle, hvis Sagen var vitterlig, skulde gaa frem mod Voldsmændene efter Kirkelovens Strænghed (min Kirkehist. II S. 117—18).

Hertil er føiet en Omtale af tvende Breve, eet til Ærkebispfen af Lund et andet til Biskoppen af Roskilde, der ligeledes givte Vidnesbyrd om Tidens Voldsomhed; de handle nemlig om at rense vanhelligede Kirker og Kirkegaarde (jfr. Nr. 157).

Clemens etc. venerabilibus fratribus . . Roskildensi et . . Ripensi ac . . Lubicensi Episcopis salutem etc. Nuper dilectorum filiorum Absolonis Absolonis, Jone Nicolai, Johannis Petri et Jacobi Nicolai, canonicorum Lundensium, Laurentij Petri et Gunari de Thorlose, clericorum Lundensis diocesis, querulosa insinuatio ad nostrum deduxit auditum, quod Henricus dictus Rise, laicus Roskildensis diocesis, vna cum quibusdam alijs suis in hac parte complicitibus, diuersarum diocesium, eosdem Canonicos et clericos de studio Parisiensi per mare uersus eorum patriam redeuntes non absque manuum iniectioe, dei timore postposito, capere et libris ac rebus alijs, quos secum portabant, spoliare eosque sic captos per annum et ultra detinere ausu sacrilego presumpsit atque presumit, eosque transfert de loco ad locum, non curans ipsos eorum restituere libertati. Quare pro parte canonicorum et clericorum predictorum fuit nobis

humiliter supplicatum, ut aduersus ipsius Hinrici proteruiam prouidere ipsis de oportuno remedio dignaremur. Quocirca fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus uos uel duo aut vnus uestrum per uos uel alium seu alios, si de huiusmodi manuum iniectioe, captioe et detentioe uobis constiterit, eundem Hinricum ac generaliter omnes alios et singulos dictorum canonicorum et clericorum detentores tamdiu appellatione remota excommunicatos publice nuntietis, et faciatis ab omnibus artibus euitari, donec ipsi detentores eosdem canonicos et clericos pristinae restituerint libertati, et tam Hinricus quam detentores predicti passis iniuriam satisfecerint competenter, et cum uestrarum testimonio litterarum ad sedem uenerint apostolicam absoluendi, super alijs uero partibus conuocatis audiatis causam et appellatione remota sine debito decidatis, facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellatis ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione XVIII kal. Septembris pontificatus nostri anno quarto.

19 Aug. 1345.

Petro Archiepiscopo Lundensi de reconciliatione ecclesiarum et cimiteriorum uiolatorum (sædvanlig Formular). Datum Auinione XIII kal. Sept. an. IV.

31 Juli 1345.

Jacobo Episcopo Roskildensi, eiusdem tenoris. Auinione II kal. Augusti ann. IV.

153.

Clemens VI.

20 Sept. 1345.

Biskop Henrik Warendorp af Slesvig førte Klagemaal over, at geistlige og verdslige Herrer havde bemægtiget sig Bispesædets Gaarde og Rettigheder og tilføiet Biskoppen personlige Krænkelser. Paven overdrog det til Provsterne af Stade og Eutin at forhjælpe ham til hans Ret (min Kirkehist. II S. 116).

[Clemens etc.] dilectis filijs . . Stadensi et . . Vtinenti prepositis Bremensis et Lubicensis diocesis ac . . thesaurario

Lubicensium ecclesiarum salutem etc. Sane venerabilis fratris nostri Henrici Episcopi Sleswicensis conquestione percipimus, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi alique ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam etiam seculares, nec non duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia ciuitatum, vniuersitates opidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum et alie singulares persone ciuitatum et diocesum et aliarum partium diuersarum occuparunt et occupari fecerunt castra, villas et alia loca, terras, domos, possessiones, iura et iurisdictiones, necnon fructus et . . . et nonnulla alia bona mobilia et immobilia, spiritualia et temporalia ad mensam suam episcopalem Sleswicensem spectantia et ea detinent . . . nonnulli non formidant eidem Episcopo . . . molestias inferre etc. Quare dictus Episcopus nobis humiliter supplicauit . . . ut prouidere sibi super hoc paterna diligentia curaremus (Overdr. af Jurisdiet. med den sædv. Formular). Datum apud Villamnovam Auinionensis diocesis XII kal. Oct. an. IV.

154.

Clemens VI.

5 Nov. 1345.

Biskop Henrik Warendorp (jfr. Nr. 153) havde tidligere haft et Kanonikat ved Frue Kirke i Hamborg; da det var bleven ledigt ved hans Forfremmelse til Bispesædet, overdrog Paven det nu til en Præst Gerhard af Lybek.

Supplicat S. V. deuotus vester orator Gerhardus de Lubbe presbiter, quatenus sibi specialem gratiam facientes, eidem de canonicatu et prebenda in ecclesia beate Marie Hamborch Bremensis diocesis uacantibus uel uacaturis in Curia Romana per munus consecrationis Henrici de Warendorp nunc Episcopi Sleswicensis per sedem apostolicam promoti cum omnibus iuribus et pertinentijs suis misericorditer dignemini prouidere, non obstante quod eidem Gerardo de canonicatu et prebenda sacerdotali in ecclesia Maguntinensi extilit prouisum, qui non habent curam annexam, et quod in forma communi pauperum

auctoritate litterarum vestrarum ad collationem Episcopi Mindensis, cum cura uel sine cura, beneficium ecclesiasticum noscitur expectare, quas gratias dignemini in suo robore reseruare cum alijs oportunis ac executoribus etc. — fiat R.

Et quod transeat sine alia lectione — fiat R.

Datum Avinione Non. Nouembr. anno quarto.

155.

Clemens VI.

11 Sept. 1347.

Forskjellige Begjæringer, Kong Valdemar havde at fremføre med en Sendelse til Pavehoffet i Avignon. Først begjærer han Afløsning af Band fordi han med sine Venner uden Tilladelse havde besøgt den hellige Grav (jfr. Nr. 156). Dernæst begjærer han forskjellige gejstlige Forfremmelser for sine Venner, som rigtignok slet ikke angaar danske Præbender. men ere dog af Betydning i Danmarks Historie, fordi de tyde paa, at Valdemar som Slavernes Konge bevarede en vis Overhøjhed over Lande, der ligge udenfor Danmarks Grændser, især i Nordtyskland, men ogsaa i Flandern. For sin Kantsler af Verden Stift begjærer han Sognekirken i Witstock; for sin Tjener Diderik Cosvelt af Lybek Stift begjærer han et Kanonikat i Lybek, for sin Tjener Johannes Hvid begjærer han et Kanonikat i Brügge.

Supplicat S. V. deuotus uester filius Waldemarus Danorum Slaorumque Rex et dux Esthonie, quod cum ipse sine S. V. licencia speciali et (sic), dominicum saluatoris sepulcrum, cum quibusdam familiaribus suis, non in contemptum clauium sancte matris ecclesie sed deuotionis affectu, peregre sit profectus, timet se ob hoc excommunicationis sententiam incurrisse, supplicat igitur S. V., quatenus sibi et dictis familiaribus suis de debite absolutionis beneficio dignemini misericorditer prouidere ut in forma — fiat per diocesem in forma R.

Item supplicat S. V. idem Rex, quatenus sibi in personam dilecti cancellarij sui Henrici, aduocati clerici Verdensis diocesis, specialem gratiam facientes de parochiali ecclesia opidi Wistoch prepositura vocata Huelbergensis diocesis consueta ab olim clericis secularibus assignari, que per obitum Ottonis ultimj rectoris secularis et prepositi inibi, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, et tanto tempore vacasse, quod (sic) adhuc vacare dinosci-

tur, quod eius collatio iuxta Laterani statuta concilij est hac vice ad sedem apostolicam legitime deuoluta, licet dicta parochialis ecclesia prepositura vocata per quendam Bernardum regularem Huelbergensis ecclesie canonicum Premonstratensis ordinis de facto detinetur occupata et per quendam episcopum Huelbergensem mense prepositi et capituli Huelbergensis ecclesie predictae dicatur vnita, et tamen non per sedem apostolicam confirmata, eidem Henrico cum omnibus iuribus et pertinencijs suis dignemini prouidere, non obstante quod idem Henricus ecclesiam parrochiam in Saltum Burglanensem, et canonicatum sub expectatione prebende maioris, ecclesie Hamburgensis, Bremensis diocesis, noscitur obtinere, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus — fiat R.

Item supplicat idem Rex, quatenus dilecto familiari suo Thiderico Cosuelt clerico Lubicensi specialem gratiam facientes de canonicatu ecclesie Lubicensis, in qua maiores, medie, minores et infime prebende existunt, necnon de celleraria eiusdem ecclesie ex resignatione dudum Andree Stephani, ultimi cellerarij, inibi vacante, cuius collatio iuxta Lateranensis statuta concilij est hac vice ad sedem apostolicam legitime deuoluta, que (sic) in eadem ecclesia simplex officium, et sine cura existit, eiusque fructus annuj summam xx. florenorum non excedunt, dignemini prouidere, et vnam de dictis prebendis inibi vacantibus, eciam si illa maior, media, minor uel infima existat, dicto Thiderico conferendam donationi apostolice dignemini reseruare, cum accept. etc., non obstantibus consuetudinibus seu statutis, quibus caueri dicitur in ecclesia eadem, quod nullus inibi vnam de maioribus prebendis valeat obtinere, nisi prius gradatim de infimis, minoribus et medijs ascendat ad maiores, seu dictam cellerariam obtinere, nisi actu canonicatus vna de dictis prebendis prebendatus existat, cum omnibus non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus — fiat R.

Item supplicat S. V. idem Rex, quatenus dilecto familiari Johanni Albo clerico Tornacensi specialem gratiam

facientes de canonicatu ecclesie sancti Donatiani Brugensis dicte diocesis, eidem Johanni dignemini cum plenitudine juris canonici prouidere, prebenda uero uacante uel proximo vacatura in eadem eidem Johanni conferendam donationi apostolice reseruare. Cum acceptatione, inhibitione, decreto et clausula anteferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis ac executoribus — fiat R.

Et quod transeat sine alia lectione — fiat R.

Datum Auinione III Idus Septembr. anno sexto.

156.

Clemens VI.

11 Sept. 1347.

Paven overdrager det i dette Brev til Biskoppen af Roskilde at l se Kong Valdemar af den Band, han er kommen i, fordi han med sine F ller uden Tilladelse har bes gt den hellige Grav.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, venerabili fratri . . . Episcopo Roskildensi salutem etc. Significauit nobis eximius princeps Waldemar Rex Danorum et Sclauorum illustris, quod ipse dudum vna cum quibusdam familiaribus suis deuocionis feruore accensus sepulcrum dominicum et alia oratoria terre sancte, licentia sedis apostolice super hoc non petita nec obtenta, non tamen alias in contemptum clauium, uisitauit, propter quod ijdem Rex et familiares excommunicationum sentencias et alias penas in tales generaliter promulgatas incurrisse noscuntur. Quare nobis dictus Rex pro se et familiaribus predictis humiliter supplicauit, ut prouidere eis super hoc de absolucionis beneficio a predictis sentencijs misericorditer dignaremur, nos igitur attendentes deuocionem sinceram, quam idem Waldemar Rex ad nos et Romanam ecclesiam gerere dinoscitur, ipsius Regis supplicationibus huiusmodi inclinati, fraternitati tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus auctoritate apostolica prefatos Regem et familiares suos, si hoc humiliter petierint, ab excommunicationum sententijs et penis alijs, quas propter premissa, ut premittitur, incurrerunt, iuxta ecclesie formam absoluas, ac iniungas

eorum cuilibet pro modo culpe penitentiam salutarem et alia, que de iure fuerint iniungenda, prout ipsorum animabus (sic) saluti uideris expedire. Datum Auinione III Idus Septembr. anno sexto.

157.

Clemens VI.

26 Januar 1349.

Angaaende Vanhelligelse af Kirker og Kirkegaarde i Slesvig Stift. Paven bemyndiger Biskop Henrik til at maatte lade Renselsen udføre af en dertil beskikket Præst, naar han selv er forhindret, kun at Vandet, der bruges, iforveien er indviet af ham eller en anden Biskop.

Clemens Episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . Episcopo Sleswicensi salutem et cetera. Tue deuocionis precibus benignum impertientes assensum libenter illa tibi concedimus gratiose que tue quietis commodum respicere dinoscuntur. Cum itaque, sicut pro parte tua fuit propositum coram nobis, sepe contingat, ecclesias et cimiteria tuarum ciuitatum et diocesum per effusionem sanguinis uel seminis uiolari, que non potes reconciliare commode per te ipsum, nobis humiliter supplicasti, ut prouidere tibi super hoc de oportuno remedio dignaremur, nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod ecclesias et cimiteria supradicta per aliquem sacerdotem ydoneum reconciliare valeas, quoties fuerit oportunum, aqua prius per te uel alium antistitem, ut moris est, benedicta, presencium tibi auctoritate concedimus facultatem, per hoc autem constitutioni, que id precipit per episcopos tantum fieri, nullum volumus imposterum preiudicium generari, presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Avininone VII kal. Februarij pontificatus nostri anno septimo.

158.

Clemens VI.

25 Mai 1349.

Anbefalingsbreve for nogle af Kong Valdemars Klerke; for hans Protonotarius Henrik, at han maatte faae et Præbende i Verden (jfr. 160), for hans Kapellan Hartvig de Salina, Diderik de Monte og Johan Warendorp.

Supplicat S. V. deuotus filius uester Waldemar Rex Dacie, quatenus sibi et familiaribus suis, tempore guerrarum

lacticinia in diebus jejunijs, nec non religiosis mensam suam visitantibus esum carnijs, contraria consuetudine uel statuto non obstante, dignemini indulgere ut in forma — fiat in forma R.

Item quatenus dilecto prothonotario suo Henrico aduocatj de canonicatu et prebenda et archidiaconatu in Sociu (?) vacantibus in ecclesia Verdensi per obitum Gotfridi de Worpe, etiam si fuerint reseruate et curam habeant animarum, dignemini prouidere, non obstante quod canonicatum et prebendam in ecclesia Hamburgensi obtineat, cum executoribus et alijs non obstantibus et clausulis oportunis — fiat R. et sine alia lectione fiat R. Datum Auinione VIII kal. Junij anno octauo.

Supplicat S. V. reuerens, fidelis et deuotus filius uester Waldemar Rex Dacie, quatenus dilecto Capellano suo Artwico de Salina, bacalaureo in legibus, de parochiali ecclesia in Vlsen., que prepositura uulgariter nuncupatur, cum vacabit per confirmationem Hermanni Migebm (?), qui illam obtinet, qui est electus in prepositum monasterii sanctimonialium in Ebbeckestorpe, Verdensis diocesis, uel per assecucionem uel quouismodo aliter preterquam per mortem eiusdem Hermanni mandare dignemini prouidere etc. ut in forma etiam si fuerit reseruata — fiat R.

Item quatenus dilecto capellano suo Thiderico de Monte de canonicatu sub expectatione prebende et dignitatis seu officij vacan. seu vac. (?) in ecclesia Verdensi dignemini prouidere cum non obstantibus et clausulis oportunis — fiat R.

Item quatenus dilecto suo clerico Johanni Warendorp de canonicatu sub expectatione prebende in ecclesia Swerinensi, in qua sunt prebende maiores, medie et minores, dignemini prouidere, non obstantibus consuetudine seu statuto dicte ecclesie, quod nullus possit ibidem prebendam maiorem assequi, nisi gradatim de minoribus ad medias et de medijs ad maiores ascenderit, cum alijs non obstantibus

et clausulis oportunis etc. — fiat R. sine alia lectione et quod possunt in vicecancellaria non obst. nominare — fiat R.

Datum Auinione VIII kal. Junij anno octauo.

159.

Clemens VI.

2 Mai 1350.

Om forskjellige Ombytninger af geistlige Embeder gjennem Pavens Notarius Vilhelm de Bordis, af hvilke dog kun anføres, at Nicolaus Geertsen, Kantor i Slesvig, byttede med Eckard de Revenelo, som var Provst for Ærø og Taasinge (Doslandia eller Thoslandia; jfr. Script. VII p. 524 og 583.

Rotulus permutacionum.

Sanctissime pater, dignetur S. V. prouidere infrascriptis personis de beneficijs inferius nominatis vacantibus per resignationis factis (?) causa permutacionis in manibus domini Guillelmi de Bordis, S. V. notarii recipien. easdem de mandato S. V. viue vocis oraculo sibi facto, reseruacionibus vestris specialibus non obstantibus cum alijs non obstantibus in vicecancellaria vestra exprimes (sic). — (4 Stykker).

Item, simili modo cum Nicholaus Gerardi cantor ecclesie Slewicensis et Echardus de Reuenelo, prepositus insularum Erre et Doslandie, Othoniensis diocesis, videlicet idem Nicolaus cantor et canonicus predictus Slewicensis ecclesie per Henricum de Vemerem, et dictus Echardus per se ipsum dicta eorum beneficia in manibus prefati domini Guillelmi recipientes etc. resignauerint, dignetur S. V. de cantoria canonicatu et prebenda Slewicensi Echardo, et de prepositura insularum Nicolao predictis prouidere cum non obstantibus etc. ut supra. — (29 Stykker). Fiat pro omnibus suprapositis, non obstantibus reseruacionibus specialibus per nos factis et aliter in forma R. Sine alia lectione fiat R.

Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis VI. Non. Maij anno octauo.

160.

Clemens VI.

22 Juni 1350.

En lille Tilsætning til Henriks Beskikkelse (Nr. 158), at han nemlig med Archidiakonaten i Verden maatte forbinde Sognekirken i Stege i Roskilde Stift, som han tidligere besad.

Dignetur S. V. in litteris gratie facte Henrico aduocati (!) prothonotario domini Regis Dacie ad instanciam dicti Regis de canonicatu et prebenda et archidiaconatu Soccerum (?) vacantibus in ecclesia Verdensi, mandare aponi (sic) istam clausulam, Non obstante quod ad ecclesiam parrochiam Steek Roskildensis diocesis per dictum Regem Dacie fuerit presentatus, et sub eadem data, necnon et quod eandem ecclesiam vna cum dicto archidiaconatu possit in simul licite retinere, et illam cum alia permutare, seu illa dimissa aliam retinere, si sibi aliter canonice conferatur, dignetur uestra S. dispensare, constitutionibus contrarijs non obstantibus quibuscumque ut in forma — fiat et dispensamus R. Et sine alia lectione — fiat R. . . Datum Auinione X. kal. Julij anno octauo.

161.

Olemens VI.

20 Oct. 1351.

En Klerk af Roskilde, Gerhard Nielsen, fik pavelig Stadfæstelse paa Hammer Sognekald, skjøndt Biskoppen af Roskilde tidligere havde beskikket ham til Præst i Haraldsted. Han var Præstesøn, men havde faaet pavelig Dispensation.

Significat S. V. Gerardus Nicolay clericus Roskildensis diocesis, quod olim super defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus et soluta, fuit per sedem apostolicam dispensatum, ut ad omnes ordines promoueri et beneficium ecclesiasticum etiam curatum obtinere valeret, et subsequenter diocesanus suus quondam Episcopus Roskildensis sibi curatam ecclesiam Konigsharald stethe dicte diocesis vacantem contulit, sed eadem die statim de mandato dicti episcopi idem clericus ipsam ecclesiam, cuius aliter corporalem possessionem non intrauit, ex causa permutacionis resignauit, et consequenter idem episcopus dicto clerico curatam ecclesiam Hammer dicte diocesis contulit ex dicta causa, cuius possessionem est assecutus, et fructus ex ea percepit, ipsamque possidet pacifice et quiete, sed propter dubium facti huiusmodi se non fecit ad aliquem sacrum ordinem promoueri, vnde S. V. supplicat, quatenus ad ob-

struenda ora obloquentium ipsum habitare dignemini ac ipsum decernere et declarare dictam ecclesiam Hammer sibi ut premittitur collatam posse licite retinere, et fructus ei remittere, secum de vberiori dono gratie dispensando, quacunq[ue] constitutione, statuto et consuetudine non obstante, vel sibi de nouo, si indiget, prouidere de ipsa cum clausulis et obstantibus oportunis ac executoribus ut in forma — fiat R. Sine lectione R.

Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis XIII kal. Nouembr. anno decimo.

162.

1352.

En Opgjørelse af en pavelig Indsamler Johannes Guilaberti angaaende Udbyttet af Indsamlingen i de nordiske Riger.

Collector Dacie Suessie etc.

Anno a natiuitate domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo indictione quinta pontificatus domini nostri anno decimo. Die xii mensis Januarij recepti fuerunt a domino Johanne Guilaberti, collectore fructuum beneficiorum ecclesiasticorum ac reddituum ad cameram apostolicam pertinentium in Regnis Dacie, Suessie, Norwegie, Gocie et Scanie et alijs terris auctoritate apostolica deputato de pecunijs per eum in dicta collectoria sua receptis et recollectis ad cameram apostolicam pertinentibus, ipso manualiter soluente et assignante . . . m. c. flor. de flor. bonis. viii^o de sma. flor.

163.

Innocents VI.

2 Juli 1354.

Pave Clemens VI havde reserveret Slesvig Bispedømme, men efter Biskop Henriks Død valgte Kapitlet uden at kjende hiin Reservation en Kannik Nicolaus til Biskop, som derpaa erholdt Stadfæstelse af sin nærmeste Foresatte, Ærkebiskoppen af Lund. Men Pave Clemens erklærede paa Grund af Reservationen hint Valg for ugyldigt og beskikkede Theodorik fra Minden, Biskop i Sarapta, til Biskop i Slesvig. Saaledes stod Sagen til Pave Clemens VI's Død, og hans Efterfølger opgav ikke Fordringen, men løste Knuden saaledes, at den nævnte Theoderik blev løst fra sit Forhold til Slesvig og beskikket til Biskop i

Minden, medens Pave Innocents i det foreliggende Brev ved pavelig Provision beskikker Nikolaus til Biskop i Slesvig (jfr. min Kirkehist. II S. 136—37, hvor Brevet dog er dateret 2 Juli 1355 istedenfor 1354.

Innocentius etc. venerabili fratri Nicolao Episcopo Sleswicensi salutem etc. Ecclesiarum omnium licet immeritis nobis cura commissa nos angit et pulsat insultibus successiuis, ut circa eas precipue, que suis sunt destitute pastoribus, sic nostre diligencie studio intendamus, quod ecclesie ipse pro defectu pastorum non ledantur sed in suis iuribus et libertatibus spiritualiter et temporaliter prosperentur et continue auctore domino proficiant incrementis. Dudum siquidem felicitis recordationis Clemens papa VI predecessor noster, intendens ecclesie Sleswicensi, cuius regimini bone memorie Henricus Episcopus Sleswicensis tunc presidebat, cum illam vacare contingeret, per apostolice sedis prouidentiam utilem et ydoneam preesse personam prouisionem ipsius ecclesie ordinationi et dispositioni sue specialiter ea vice reseruans, decreuit extunc irritum et inane, si secus super hijs a quaquam auctoritate scienter uel ignoranter contingeret attemptari, postmodum uero dicta ecclesia per ipsius Henrici Episcopi obitum, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, uacante, dilecti filij . . capitulum ipsius ecclesie reseruacionem et decretum predicta, ut asseritur, ignorantes te tunc canonicum ecclesie predictae in presbiteratus ordine constitutum in episcopum Sleswicensem licet de facto concorditer elegerunt, tuque reseruacionis et decreti predictorum etiam, ut asseris, inscius huiusmodi electioni illius tibi presentato decreto de facto etiam assentiens obtinuisti eam a venerabili fratre nostro . . Archiepiscopo Lundensi Metropolitano tuo de facto etiam confirmari et tibi per eundem Archiepiscopum alias tamen canonicè munus consecrationis impendi te administrationi ipsius ecclesie in spiritualibus et temporalibus immiscendo et deinde dictus predecessor uacatione ecclesie predictae et alijs premissis fidedignis relatibus intellectis prefatas electionem et confirmationem, utpote post et contra

reservationem et decretum ipsius attemptatis reputans, prout erant, irritas et inanes, ad prouisionem ecclesie predictae, de qua nullus preter eum ea uice disponere potuerat neque poterat, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, solícite cogitans, venerabilem fratrem nostrum Theodericum Mindensem tunc Saraptensem Episcopum a vinculo, quo Saraptensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur de fratrum suorum consilio, de quorum numero tunc eramus, et apostolice potestatis plenitudine absoluens ipsum, ad ecclesiam Sleswicensem predictam transtulit, preficiens eum dicte Sleswicensi ecclesie in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius sibi in spiritualibus et temporalibus committendo, tuque propterea nullius ecclesie Episcopus remansisti, et subsequenter dicto predecessore sicut domino placuit de hac luce subtracto, nos diuina fauente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti prouisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc apud sedem predictam uacantium et imposterum uacaturarum ordinationi et dispositioni nostre cum similis interpositione decreti duximus reseruandas, et deinde dicta Sleswicensi ecclesie ex eo pastoris solatio destituta, quod nos prefatum Theodericum episcopum Mindensem apud sedem eandem constitutum a vinculo, quo dicte Sleswicensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum ipsorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absoluentes ipsum ad prefatam Mindensem ecclesiam tunc uacantem duximus transferendum, preficiendo eum dicte Mindensi ecclesie in episcopum et pastorem, nos ad prouisionem ipsius Sleswicensis ecclesie, de qua nullus preter nos hac uice disponere potuit neque potest reservatione et decreto nostris obsistentibus supradictis, ne ipsa Sleswicensis ecclesie longe vacationis subiaceret incommodis, paternis et solícitis studijs intendentes ad te, cui de litterarum scientia, uite ac morum honestate et alijs multiplicium uirtutum meritis apud nos fidedigna perhibentur testimonia, pro quo etiam capitulum predicti per eorum patentes litteras nobis humiliter supplicarunt conuertimus

oculos nostre mentis, cupientes igitur eidem Sleswicensi ecclesie, talem preficere personam, que sciret, uellet et posset eam preseruare a noxijs et aduersis ac in suis manutenere iuribus et etiam adaugere, post deliberationem, quam super hijs cum nostris fratribus habuimus diligentem, de persona tua prefate Sleswicensi ecclesie de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica prouidemus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius Sleswicensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie comittendo, et nichilominus consecrationis munus tibi, ut predicatur, impensum, et que per te circa administrationem Sleswicensis predictae alias rite acta sunt, auctoritate predicta ex certa scientia approbamus, In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod prefata Sleswicensis ecclesia per tue diligentie ministerium fructuosum sub tuo felici regimine, dextera domini tibi assistente propicia, salubriter et prospere dirigetur. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad eandem Sleswicensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens curam et administrationem predictas sic geras sollicite, fideliter et prudenter, quod prefata Sleswicensis ecclesia gubernatori utili et fructuoso administratori gaudeat se commissam ac bone fame tue odor ex laudabilibus actibus tuis latius diffundatur, tuque preter premium retributionis eterne nostram et eiusdem sedis gratiam ulterius consequi merearis. Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis vi. Non. Julij pontificatus nostri anno secundo.

In e. m. dilectis filijs . . . capitulo ecclesie Sleswicensi salutem etc. Ecclesiarum omnium etc. *usque* et prospere dirigetur. Quocirca vniuersitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Nicolao episcopo tanquam patri et pastori animarum uestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reuerentiam debitam et deuotam eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam idem Nicolaus episcopus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus auctore domino

usque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum ut supra.

In e. m. dilectis filijs clero ciuitatis et diocesis Sleswicensis salutem etc. Ecclesiarum etc. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta etc. ut supra.

In e. m. dilectis filijs populo ciuitatis et diocesis Sleswicensis salutem etc. Ecclesiarum etc. Quocirca vniuersitatem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eundem Nicolaum Episcopum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum deuote suscipientes ac debita honorificentia prosequentes ipsius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in uobis deuotionis filios et uos subsequenter in eo patrem inuenisse beniuolum gaudeatis. Datum ut supra.

In e. m. venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi salutem etc. Ad cumulum tue cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas, presertim pontificali dignitate preeditas, diuine propiciationis intuitu oportuni presidij et fauoris gratia prosequaris. Dudum siquidem felicis recordationis etc. *usque dirigitur*. Cum igitur, ut prefatus Nicolaus Episcopus in commissa sibi dicte ecclesie Sleswicensis cura facilius proficere valeat, fauor tuus esse sibi noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus N. episcopum et Sleswicencem sibi commissam ecclesiam prelibatos, habens pro nostra et dicte sedis reuerentia propensius commendatos, in ampliandis et conseruandis iuribus suis sic cum tui fauoris presidio prosequaris, quod ipse per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi sepefate ecclesie regimine utilius exercere, tuque diuinam misericordiam et dicte sedis beniuolentiam exinde valeas vberius promereri. Datum ut supra.

164.

Innocents VI.

7 Sept. 1355.

Dette og de følgende Numre (164—72) indeholde forskjellige pavelige Gunstbeviisninger mod Kong Valdemar, i Anledning af den Sendefærd, som dengang var i Avignon (see min Kirkehist II S. 140 fgd.). Ved dette Brev fik Kongen Tilladelse til at besætte to Præbender i Lunds Domkapitel og ligesaamange i Slesvig Domkapitel efter eget Tykke.

Innocentius etc. venerabili fratri . . Episcopo Ripensi salutem etc. Eximie deuotionis sinceritas, quam carissimus in Christo filius noster Woldemarus Rex Dacie Illustris ad nos et Romanam gerit ecclesiam, sublimis quoque eius status eminentia promeretur, ut non solum ipsum sed etiam personas sibi deuotas specialibus fauoribus et gratijs prosequamur; volentes igitur premissorum intuitu eiusdem Regis honorare personam et per honorem sibi exhibitum eciam alijs prouideri, fraternitati tue, de qua fiduciam in domino gerimus specialem, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus hac uice dumtaxat auctoritate nostra duabus in Lundensi et totidem alijs personis ydoneis in Slewicensi ecclesijs, quas dictus Rex duxerit nominandas, si eas ad id post diligentem examinationem ydoneas esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, earum uidelicet singulis singulos canonicatus ecclesiarum predictarum cum plenitudine iuris canonici conferas et prouideas eciam de eisdem, faciens auctoritate predicta personas ipsas uel procuratores ipsarum pro eis in dictis ecclesijs in canonicos recipi et in fratres, stallo eis in choro et loco in capitulo ecclesiarum ipsarum cum plenitudine iuris canonici assignatis. Ac nichilominus duas prebendas in singulis eisdem ecclesijs, si que uacant ad presens uel cum uacauerint in eisdem, quarum singulis singule prefate persone per se uel procuratores suos ad hoc uidelicet ab eorum singulis legitime constitutos infra vnus mensis spacium, postquam personis uel procuratoribus predictis de ipsarum prebendarum uacatione constiterit, duxerint acceptandas, conferendas uidelicet singulas singulis personis eisdem post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentijs suis donacioni tue eadem auctoritate reserues, districtius inhibens venerabilibus fratribus nostris . . Lundensi et . . Slewicensi episcopis et dilectis filijs capitulis predictarum ecclesiarum etc., ne de illis etc. disponere quoquomodo presumant etc., non obstantibus etc. Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis vii Idus Septembris pontificatus nostri anno tercio.

165.

Innocents VI.

7 Sept. 1355.

Ved dette Brev fik Kongen Tilladelse til at lønne otte Klerker, der hørte til hans Bord, med kirkelige Beneficier, saaledes at de maatte oppebære Indtægterne i otte Aar, uden at det maatte forlanges af dem, at de skulde residere.

Innocentius etc. carissimo in Christo filio Woldemaro Regi Dacie Illustri salutem etc. Quanto maioris deuocionis affectum apud deum et apostolicam sedem geris, tanto fauorabilius super hijs, que uotis tuis placita fore conspiciamus, apostolice benignitatis gratiam aperimus. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati deuocioni tue auctoritate presencium indulgemus, ut octo clerici familiares tui domestici continui commensales presentes et posteri tuis obsequijs insistentes, quos duxeris eligendos, fructus, redditus et prouentus omnium beneficiorum suorum ecclesiasticorum, que in quibuscunque ecclesijs siue locis obtinent et imposterum obtinebunt, cum ea integritate usque ad octo annos libere percipere ualeant, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in ecclesijs siue locis, in quibus illa obtinent seu obtinebunt imposterum ut prefertur, personaliter residerent, et ad residendum interim in eisdem minime teneantur, neque ad id a quoquam inuiti ualeant coartari, non obstantibus si dicti clerici in eisdem ecclesijs uel earum aliqua primam non fecerint personalem residentiam consuetam, et quibuscumque statutis et consuetudinibus ipsarum ecclesiarum contrarijs, iuramento, confirmatione apostolica uel quacumque alia firmitate uallatis, etiam si dicti clerici de illis seruandis, et non impetrandis litteris apostolicis contra ea, et ipsis litteris non utendo etiam ab eis uel alijs impetratis per se uel procuratores suos prestiterint, uel eos in antea prestare contigerit forsitan iuramentum etc. etc., prouiso quod beneficia huiusmodi debitis interim non fraudulentur obsequijs, sed per bonos et sufficientes vicarios, quibus de beneficiorum ipsorum prouentibus necessaria congrue ministrentur, deseruiatur inibi laudabiliter in diuinis. Nulli ergo etc. nostre conces-

sionis infringere etc. Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis vii Idus Septembris pontificatus nostri anno tercio.

In e. m. dilectis filijs . . Sleswicensi et Roskildensi ac . . Ripensi prepositis ecclesiarum salutem etc. Datum ut supra.

166.

Innocents VI.

7 Sept. 1355.

Forskjellige andre pavelige Gunstbeviisninger: at Kongen med sin Huusstand maatte lade læse Messe, om han end kom paa Steder hvor der var kirkeligt Forbud, medmindre han selv eller nogen af hans Huusstand havde givet Anledning til Forbudet; at Kongen, hans Dronning og hans Børn maatte besøge Nonneklostrene, kun maatte de ikke holde Maaltid og ikke overnatte der.

Innocentius etc. carissimo in Christo Woldemaro Regi Datie Illustri salutem etc. Deuocionis tue sinceritas promeretur, ut uotis tuis in hijs presertim, que ad tue salutem cedere ualeant, quantum cum deo possimus fauorabiliter annuamus. Tuis itaque supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut si forsitan ad loca ecclesiastico interdicto supposita te contigerit declinare, liceat tibi in illis, clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis et summissa uoce, tibi et familiaribus tuis domesticis missam et alia diuina officia facere celebrari, dummodo tu uel illi causam non dederitis interdicto, nec id tibi uel illis contigerit specialiter interdicti. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis vii Idus Septembris pontificatus nostri anno tercio.

Eidem salutem etc. Deuocionis tue sinceritas promeretur, ut que a nobis suppliciter postulas affectu tibi beniuolo concedamus. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut tu cum carissima in Christo filia nostra Helwige Regina Dacie Illustris et liberis tuis loca et monasteria religiosarum inclusarum quorumcumque ordinum, quibuscumque statutis et consuetudinibus ac constitutionibus contrarijs nequaquam obstantibus, semel dumtaxat in anno libere ingredi ualeas, dummodo earum, que locis ac mona-

sterijs ipsis prefuerint, ad id accesserit assensus, ac tu et Regina liberique predicti ibidem non commedatis nec eiam pernocietis, deuocioni tue tenore presencium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis vij Id. Septembr. pontificatus nostri anno tercio.

167.

7 Sept. 1355.

Forskjellige Begjæringer fra Kong Valdemar, hvorved han minder om, at «Estland af hans Forfædre med Guds Hjælp og ved mange Undersaatters Blod var lagt under den christne Tro». Han beder for sine Kapellaner Gerhard de Monte og Albert Gotghemac; udbeder sig dernæst flere forskjellige pavelige Gunstbeviisninger, iblandt hvilke ogsaa de under Nr. 164 og 166 bevilgede; han beder for en adelig Herre, Frederik Went, at han maatte faae et Prælatur i Paderborn.

Rotulus Regis Dacie.

Significat S. V. deuotus filius vester Woldemarus Rex Dacie, quod olim per reges progenitores suos, iuuante domino, effusione sanguinis multorum subditorum suorum ducatu Estonie fidei Christiane subiugato etc.

Item quatenus sibi in persona dilecti capellanj sui nobilis viri Gerardi de monte gratiam facientes specialem, eidem de canonicatu et prebenda ecclesie Verdensis ac Archidiaconatu in Beuensen in ipsa ecclesia quot (sic) Nicolaus Hout in eadem proxime obtinuit seu obtinet, qui per seu post assecucionem possessionis pacifice canonicatus ac prepositure ecclesie Hildesemensis, de quibus vacantibus dicto Nicholao prouidistis, qui vacant seu in breui vacare sperantur, cum sic uel alio quouis modo preterquam per mortem dicti Nicholai uacauerunt, simul uel successiue dignemini prouidere, non obstantibus, quod canonicatum, prebendam ecclesie Mindensis et archidiaconatum in Lo in eadem ecclesia obtinet, quem Archidiaconatum post assecucionem pacificam dicti archidiaconatus in Beuensen paratus est dimittere, cum alijs non obstantibus etc. — fiat G.

Item quatenus sibi in persona dilecti capellanj sui Alberti Gotghemac similem gratiam facientes, eidem de

canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis, quos Nicholaus Hout in ipsa ecclesia proxime obtinuit seu obtinet, qui per seu post assecucionem possessionis pacifice canonicatus, prebende ac prepositure ecclesie Hildesemensis, de quibus vacantibus dicto Nicholao prouidistis, qui uacant seu in breui vacare sperantur, cum sic uel quouis modo alio preterquam per mortem dicti Nicholaij uacauerint, dignemini prouidere, non obstante quod in Birmensi (sic) canonicatum sub expectatione prebende et canonicatum et prebendam sancte Marie Halberstadensis ecclesijs obtinet, cum alijs non obstantibus, — fiat G.

Item quatenus sibi eciam tempore guerrarum vsum lacticiniorum in diebus jejuniij concedere dignemini ut in forma, — fiat G.

Item quatenus sibi concedere dignemini, quod clerici beneficiati in suo seruicio constituti, quamdiu in eo fuerint, residere in beneficijs minime teneantur, et omnes fructus eorundem beneficiorum licite percipere in absentia valeant, sicut in ipsis residentes et diuinis interessentes, non obstantibus quibuscumque constitutionibus, — fiat de octo personis ad octo annos G.

Item quod ipse et Regina monasteria uetita ingredi et visitare, cum suis liberis libere uisitare et ingressum habere, ac recepcioni monialium ipsarumque sepulture interesse valeant, concedere dignemi ut in forma. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, — fiat in forma G.

Item quod ante diem et in die, tempore etiam interdicti ab homine uel a jure prolati, missam audire valeat cum suis familiaribus, alijsque diuinis officijs libere interesse, vt in forma, non obstantibus constitutionibus quibuscumque, — fiat in forma G.

Item sibi et Regine indulgentiam siue plenissimam remissionem suorum peccatorum in mortis articulo, et pro x alijs personis in uestra cancellaria exprimentis, quodque ydoneum confessorem eligere valeat, qui ipsum per x annos absoluat, — fiat G.

Item quod duos clericos in Lundensi, et duos in Slesuicensi ecclesijs eciam ad canonicatus et prebendas ipsarum cum vacauerint presentare valeat ut in forma, — fiat G.

Item quatenus Frederico Went militari ex utroque parente de prepositura in Schildesehe Padeburgensis diocesis, ad quam quis per electionem canonicorum consuevit assumj, dignemini prouidere, si vacat de jure uel cum vacauerit, quam Ludolfus de Marcha nunc obtinens in quadam supplicatione per S. V. sibi signata se sponte obtulit dimissurum, non obstantibus quod S. V. mandauit eidem Frederico de scolasteria cum canonicatu et prebende expectatione in ecclesia Monasteriensi, et quod canonicatum et prebendam in ecclesia Padeburnensi cum capellania in Redeberghe obtinet, et alijs non obstantibus, — fiat G. Item quod transeant sine alia leccione, — fiat G.

Datum apud villam nouam Auinionensis diocesis VII Idus Septembris anno tercio.

168.

7 Sept. 1355.

Begjæringer fra Kongens Ambassadører for dem selv og for deres Venner: 1) om Afladsbrev in articulo mortis, 2) om et Kanonikat i Ribe, som Peder Laurentsens Forfædre havde stiftet, 3) Exspectanse-Breve for trende Klerke; dernæst en Begjæring fra Grev Nicolaus af Holsten om at holde Messe paa Steder, der vare under Forbud, den samme Begjæring fra Valdemar Eriksen, Hertug i Jylland, og endelig fra denne en Begjæring om Indulgentsbrev for Marie Magdelene Kirken i Ribe Stift

Rotulus Ambaciatorum regis Dacie.

Supplicat S. V. deuoti oratores vestri Petrus Laurencij, et Petrus Stugge milites, quatenus ipsis Nicholao de Lembeke militi eorumque vxoribus, ac decem alijs personis in vestra cancellaria exprimendis, dare dignemini plenam suorum peccatorum remissionem in mortis articulo, — fiat G.

Item quod canonicatum et prebendam in ecclesia Ripensi per progenitores suos fundatos et per guerras sublatos possit dictus Petrus Laurencij de nouo instituere seu institutos reformare et dotare, ac ipse et sui heredes ad ipsos cum vacauerint retinere ius presentandi, — fiat G.

Item quatenus eis in personam Johannis Tenys gratiam facientes specialem, eidem de canonicatu ecclesie Osiliensis sub expectatione prebende, ac dignitate, quam in eadem ecclesia acceptandam duxerit, si vacat uel cum vacauerit, etiam si ad ipsam quis consueuerit per electionem assumj, et cura imineat animarum, dignemini prouidere, non obstante quod capella in Odenpe Tarbatensis diocesis obtinet, cum omnibus non obstantibus et clausulis opportunis, — fiat G.

Item quatenus Hinrico aduocati (!) de canonicatu ecclesie Hamburgensis, Bremensis diocesis, in qua minores et maiores prebende existunt, sub expectatione prebende maioris cum acceptacione etc. dignemini prouidere, non obstantibus consuetudine seu statuto, quibus caueri dicitur, quod nullus prebendam maiorem in ipsa adipisci valeat, nisi gradatim per minores ascendat, et quod in Verdensi canonicatum, prebendam et decanatum, ac canonicatum et prebendam in Bardewicensi ecclesijs eiusdem Verdensis diocesis obtinet, cum omnibus alijs non obstantibus etc., — fiat G.

Item quatenus Magno Nicolai de canonicatu ecclesie Ripensis sub expectatione prebende dignemini prouidere, non obstante quod ecclesiam parochialem in Horslund cum prepositura rurali sibi annexa Othoniensis diocesis obtinet, cum alijs non obstantibus et clausulis oportunis — fiat G. Et quod transeat sine alia leccione, — fiat G.

Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis VII Idus Septembris, anno tercio.

Supplicat S. V. deuotus filius vester Nicolaus comes Olsatie et Storman, quatenus ut ipse cum sex personis, et eius vxor eciam cum sex personis, quas duxerint eligendas, in quibuscumque locis interdictis, dum tantum causam non dederint interdicto, valeant missas et alia diuina officia audire et facere celebrari, et quod ibidem corpora sua et liberorum suorum, si contingat eos uel eorum alterum decedere, possint darj ecclesiastice sepulture, sibi dignemini misericorditer indulgere, constitutionibus in contrarium editis

non obstantibus quibuscumque, et cum alijs non obstantibus et clausulis oportunis, — fiat in forma G.

Item simili modo supplicat deuotus filius vester Waldemar filius Erici quondam ducis Jucie, quatenus ipse cum sex personis et vxor sua cum sex etc. per omnia ut supra, — fiat G.

Item supplicat idem Waldemar, quatenus omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad reedificationem ecclesie beate Marie Magdalene Ripensis diocesis, per incendium miserabiliter destructe manus porrexerint adiutrices, VII annos et VII quadragenas de iniunctis eis penitencijs, quociens hec fecerint, dignemini misericorditer relaxare, cum clausulis oportunis, — fiat de tribus annis et tribus quadragenis ad decennium G. Et quod transeat sine alia leccione, — fiat G.

169.

16 Sept. 1355.

Begjæring fra Kong Valdemar om Expectanse-Brev for Albert Gotghemac paa et Kanonikat i Lybek.

Significat S. V. deuotus filius vester Rex Dacie, quod cum nuper dilecto capellano suo Alberto Gotghemac de canonicatu et prebenda ecclesie Lubicensis, que (sic) vacare sperabantur, postquam Nicholaus Hout adipisceretur preposituram ecclesie Hildesemensis, eadem S. prouidisset, repertum est per ipsam S. alteri fore de hijs prouisum, ne igitur vacuus redire videatur, supplicat eidem Sanctitati, quatenus sibi de canonicatu eiusdem ecclesie Lubicensis sub expectatione maioris prebende ac dignitate eciam si curata fuerit dignitatem (?) existat, vel personatu seu officio, cum eos simul vel successiue in eadem ecclesia vacare contigerit, dignemini prouidere, non obstantibus quod nullus inibi maiorem assequi valeat, nisi de minoribus ad medias, et de illis gradatim ad maiores prebendas ascendat, seu quod canonicatum sub expectatione prebende in Bremensi ac canonicatum et prebendam in sancte Marie Halberstadiensis ecclesijs noscitur obtinere, et alijs non obstantibus

et clausulis oportunis, — fiat G. Sine alia lectione, — fiat G.

Datum apud Villam̄nouam Auinionensis diocesis XVI Kal. Octobr. anno tertio.

170.

4 Oct. 1355.

Begjæring fra Kong Valdemar, at Kaniker og Munke, der kom til hans Bord, maatte nyde de Kjødspiser, der blev sat for dem, og Begjæring fra Kongens Ambassadør, at maatte holde Messe paa Steder, der vare under Forbud

Supplicat S. V. humilis et deuotus filius vester Waldemarus Danorum Sclauorumque Rex, quatenus ei specialem gratiam facientes, vt si et quando aliqui monachi, uel canonici, aut alie quecumque persone regulares, cuiuscumque ordinis extiterint, ad mensam suam venerint, seu fuerint inuitati, carnes et quecumque alia coram ipsis apposita seu etiam apponenda valeant licite comedere, quacumque constitutione, consuetudine siue regula ordinis eorundem in contrarium non obstantibus, eidem dignemini fauorabiliter impertiri, cum alijs etiam non obstantibus et clausulis oportunis, — fiat in forma G.

Item eodem modo supplicat humilis vester et deuotus Petrus Laurencij miles et nuntius prefatj dominj Regis, quatenus in quibuscumque locis, villis et ciuitatibus, quacumque occasione appositis ecclesiastico interdicto, ipse vna cum tribus ac eius vxor cum alijs tribus personis, per ipsos quibuscumque locis et temporibus eligendis, missas et alia diuina officia possint secrete facere celebrari, ac ipsi ijdem coniuges vna cum eorum liberis, si medio tempore ipsos mori contigerit, tradi valeant ecclesiastice sepulture, dum tantum aliquis eorundem causam non prestiterint (sic) interdicto, cum non obstantibus et clausulis oportunis, concedere dignemini ut in forma, — fiat in forma G.

Item eodem modo supplicat deuotus et humilis vester Andreas Erikson, armiger eiusdem domini Regis, Othoniensis diocesis, quatenus absolucionem plenariam omnium

suorum peccaminum semel tantum in mortis articulo eidem dignemini misericorditer impertiri, ut in forma, — fiat G.
Et quod transeat sine lectione, — fiat G.

Datum apud Villamnouam Auinionensis diocesis XI Kal.
Octobr. anno tertio.

171.

4 Oct. 1355.

Begjæring fra Kongens Ambassadør om et Expectanse-Brev for Johannes Thoys paa et Kanonikat ved Kirken paa Øsel; og Begjæring fra samme angaaende Dominikanerklosteret i Veile, som hans Fader havde bygget af Træ, men som han vilde opføre af Sten (min Kirkehist. II S. 141).

Supplicat S. V. Petrus Laurencij miles, ambaciator Regis Dacie, quatenus sibi in persona Johannis Thoys gratiam facientes specialem, de canonicatu ecclesie Osiliensis sub expectatione maioris prebende ac dignitate eciam maiori post episcopalem et curata (sic) fuerit, seu si ad ipsam quis consueuerit per electionem assumj vel personatu seu officio, cum eos simul uel successiue in eadem ecclesia vacare contigerit, eidem dignemini prouidere, non obstantibus quod nullus inibi maiorem assequi valeat, nisi de minoribus ad medias et de illis gradatim ad maiores ascendat, seu quod capellam in Odenpe Tarbatensis diocesis obtinet, cum omnibus alijs non obstantibus et clausulis oportunitis, cum commissione examinis ad partes, — fiat G.
. . Sine alia lectione, — fiat G.

Datum Auinione III^{to} Non. Octobris anno tertio.

Supplicat S. V. humilis et deuotus vester Petrus Laurencij miles ambasciator Regis Dacie, quatenus claustrum sancte Marie virginis in opido Wedele Ripensis diocesis ordinis fratrum predicatorum, quod pater suus ex domibus propriis videlicet ligneis tantum construi fecit, vt de lapidibus vel alias honorabilius construi possit, deuote visitantibus et manus porrigentibus adiutrices certas indulgencias secundum placitum S. V. annuatim elargiri de speciali gratia dignemini ut in forma, — fiat de vno anno et xl

diebus ad x annos G. Et quod transeat sine alia lectione, — fiat G.

Datum Auinione III^{co} Non. Octobr. anno tertio.

172.

9 Dec. 1355.

Begjæringer fra Biskop Niels Jonsen af Odense, at han for sig og tre andre maatte faae Absolution in articulo mortis, at han maatte lade en dertil beskikket Præst rense besmittede Kirker og Kirkegaarde, og endelig Forbøn for en Munk Bartholomæus. Denne havde af Pave Clemens VI faaet Tilladelse til at gaee over fra Minoriternes til Cisterciensernes Orden; men Ordenen havde ikke kunnet modtage ham, dels paa Grund af dens Statuter dels paa Grund af Klostrenes store Fattigdom under de urolige Tider. Derfor havde han længe levet i verdslig Stand, men nu ønskede Benediktiner Klosteret i Odense at modtage ham, da der paa Grund af Pesten var Mangel paa Personer, hvad han ogsaa selv ønskede, og det er derfor Biskoppens Begjæring, at Paven vilde give sit Minde hertil.

Supplicat S. V. humilis et deuotus vester Nicholaus Episcopus Othoniensis, quatenus sibi et tribus personis, quas duxerit nominare, plenam absolucionem omnium peccatorum suorum semel in mortis articulo concedere dignemini ut in forma, — fiat G.

Item quia in diocesi Othoniensi insule marine existunt, quas quia grauis et senex existit comode visitare non possit, supplicat S. V. idem episcopus, quatenus ecclesias et cimiteria suarum ciuitatum et diocesum per effusionem sanguinis uel seminis uiolatas per aliquem sacerdotem idoneum facere reconciliari valeat ut in forma, — fiat ad quinquennium G.

Sanctissime pater licet olim felicis recordationis Clemens papa VI cum Bartholomeo Johannis, ut de ordine minorum ad ordinem Cisterciensem prouincie Dacie se posset transferre, misericorditer dispensauerit, tamen ad habitum et monasterium eiusdem ordinis Cisterciensis, tum, propter statuta prouincialia in hoc ut asseritur contraria, tum etiam propter paupertatem monasteriorum et deuastacionem eorundem ex guerris in illis partibus ingruentibus minime

fuit receptus, sed post longam euagationem in seculo habitam, Prior et capitulum ecclesie Othoniensis per priorem solitum gubernari, ordinis Sancti Benedicti post epidimiam defectum personarum habentes, firmumque propositum et inclinacionem ipsius animi ad manendum cum eisdem videntes, ad recipiendum ipsum in monachum et in fratrem se promptos et beniuolos obtulerint, prout in litteris inde confectis plenius continetur, quia igitur in eadem ecclesia uiget regularis obseruantia, et speret deo posse ibidem liberius famulari, supplicat S. V. Bartholomeus prefatus, ne cogatur de cetero per mundum euagari, quatenus in ecclesia et ordine sancti Benedicti predictis licite remanere possit, cum uoce actiua et passiua in capitulo, cum alijs non obstantibus et clausulis oportunitis, dignemini licentiam concedere ut in forma, — fiat G. Et quod transeat sine alia lectione, — fiat G.

Datum Auinione V Idus Decembr. anno tertio.

173.

Innocents VI.

25 Febr. 1356.

Taksigelse til Kong Valdemar for den gode Modtagelse, den pavelige Nuntius, Johannes Gilaberti, havde fundet i hans Lande.

[Innocentius etc.] Carissimo in Christo filio Wolde-
maro Regi Dacie Illustri [salutem etc.]. Dilectus filius
Johannes Gilaberti decanus ecclesie Tarbentensis, apostolice
sedis nuntius, placida nobis relatione monstrauit, quod tu
habens ad nos et Romanam ecclesiam matrem tuam eximie
deuotionis affectum, eidem nuncio, nostra et ipsius ecclesie
negotia prosequenti, oportunitis presidij et efficacibus auxilijs
atque fauoribus in eorumdem negotiorum prosecutione
huiusmodi astitisti, super quo magnitudinem tuam uberibus
gratiarum actionibus et meritis laudibus prosequentes,
illam attente rogamus, quatenus prefatum nuntium, ad partes
ipsas pro huiusmodi negotijs de mandato nostro pre-
sentialiter reuertentem, nostre intercessionis obtentu benigne
suscipias commendatum, et erga ipsa negotia continues fa-

uoris et auxiliij presidia consueta. Nos enim reputantes, nos pro impensis iam et pro hijs, quos speramus imposteorum nuntio memorato impendi, fauoribus tibi ad rependia obligari, tibi sicut filio predilecto fauores apostolicos pollicemur, intendentes adesse quantum cum deo poterimus uotis tuis. Datum Auinione VI Kal. Martij anno quarto

Dilectis filijs Burghomagistris, Scabinis et Consilio ville Bruggensis Tornacensis diocesis salutem. (Littere commendatitiae pro Johanne Gilaberti decano ecclesie Tarbatensis, ad Dacie, Suecie et Norwegie regna reuertenti). D. u. s.

174.

22 Juni 1356.

Biskop Nicolaus af Slesvig fik af den pavelige Skatkammermester Qvittering for den Deel af Servispengene, han havde betalt paa sin Forgjænger Henriks Vegne, og fik tillige med Hensyn til Resten Udsættelse indtil Juledag.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Stephanus, misericordie diuina Archiepiscopus Tholosanus, domini nostri pape camerarius, salutem in domino. Ad uniuersitatis vestre noticiam tenore presencium deducimus, quod venerabilis in Christo pater dominus Nicolaus Episcopus Sleswicensis pro parte partis communis seruicij domini Henrici antecessoris sui, in quo est camere domini nostri summi pontificis obligatus, sexdecim florenos auri, necnon et pro parte partis III^{or} seruiciorum familiaribus et officialibus dicti domini nostri pape ii florenos x solidos monete Auinionensis, clericis camere supradicte pro dictis familiaribus et officialibus recipiendos, per manus Nicolaj de Verda canonici predicte ecclesie die date presencium solui fecit, de quibus sic solutis ipsum dominum episcopum . . . ecclesiam et successores suos ac eorum bona absoluimus tenore presencium et quitamus, verum intellecta mole grauaminum pro parte ipsius domini episcopi coram nobis exposita, que ipsum ad soluendum complementum etc. familiaribus et officialibus dicti domini nostri pape, ad que soluenda dudum sub certis penis et sententijs ac termino nondum

elapso se sponte et libere obligavit, reddebant et adhuc reddunt verisimiliter impotentem, auctoritate nobis in hac parte commissa usque ad festum natiuitatis domini proxime venturum terminum sibi duximus prorogandum, ita tamen quod si in dicto termino sibi prorogato non satisfecerit de premissis, penis et sententijs, quibus tenebatur antea, sit astrictus. Insuper ipsum dominum episcopum a suspensionis, excommunicationis et interdicti sententijs ac reatu periurij et alijs penis, quod et quas incurrit propter solutionem premissorum non factam in termino sibi prefixo, auctoritate, qua fungimur in hac parte, duximus absoluendum, secum super irregularitate, si quam contraxerit interea se miscendo in diuinis uel alias, non tamen in contemptum clauium, eadem auctoritate misericorditer dispensantes. In quorum testimonium presentes litteras fieri fecimus et sigilli camerariatus nostri appensione muniri. Datum Auinionie die xxii mensis Junij anno a natiuitate domini millesimo ccc^{mo} lvi^o indictione ix pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Innocentis diuina prouidentia pape vi anno IIII^{to}.

175.

Innocents VI.

12 Sept. 1356.

Nicolaus Jakobsen fik ifølge Kong Valdemars Begjæring ved pavevelig Provision et Kanonikat ved Roskilde Domkirke.

Innocentius etc. dilecto filio Nicolao Jacobi canonico Roskildensi salutem etc. Laudabilia probitatis et uirtutum tuarum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Itaque tibi premissorum meritorum tuorum intuitu, necnon consideratione carissimi in Christo filii nostri Waldemari Danorum Regis Illustris, pro te dilecto clerico suo nobis super hoc humiliter supplicantis, gratiam facere specialem, canonicatum ecclesie Roskildensis cum plenitudine juris canonici apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo etiam prouidemus, prebendam uero, si qua in eadem ecclesia uacat ad presens uel cum uacare contigerit, quam tu per te uel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra vnus mensis spatium, postquam tibi uel eidem procuratori uacatio illius innotuerit, duxeris acceptandam, conferendam tibi post acceptacionem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentijs suis donationi apostolice reseruamus, districtius inhiibentes venerabili fratri nostro . . . episcopo et dilectis filijs capitulo Roskildensi etc., ne de prebenda huiusmodi etc. disponere quoquomodo

presumant, ac decernentes exnunc irritum et inane si secus etc., non obstantibus etc. etc., seu quod canonicatum et prebendam ecclesie Lundensis, quorum fructus, redditus et prouentus decem florenos aurj in absentia ualorem annuum ut asseritur non excedunt, nosceris obtinere. Nulli ergo etc. nostre reseruatiōnis, inhibitionis, constitutionis et uoluntatis infringere etc. Datum apud Villamnouam Auinionensis dyocesis ii Idus Septembr. pontificatus nostri anno quarto.

In eod. modo venerabili fratri . . Episcopo Othoniensi et dilectis filijs . . Abbati monasterij de Esrom Roskildensis dyocesis ac . . Sacriste Ecclesie Auinionensis salutem etc. D. u. s.

176.

Innocents VI.

12 Sept. 1356.

Absolutionsbrev in articulo mortis for en Adelsmand af Aarhus Stift og for Biskop Magnus af Børglum.

Innocentius etc. dilecto filio nobili viro Petro Siwardi armigero Arusiensis dyocesis salutem etc. Prouenit ex tue deuocionis affectu quo uos et Romanam ecclesiam reuereris, ut petitiones tuas, illas presertim que anime tue salutem respiciunt, ad exaudicionis gratiam admittamus. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut confessor tuus, quem duxeris eligendum, omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus et ore confessus fueris, semel tantum in mortis articulo plenam remissionem tibi, sinceritate fidei, unitate sancte Romane ecclesie ac obedientia et deuocione nostra uel successorum nostrorum Romanorum pontificium canonicè intrancium persistenti, auctoritate apostolica concedere ualeat, deuocioni tue tenore presencium indulgemus, sic tamen quod idem confessor de hijs, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam tibi per te, si superuixeris, uel per heredes tuos, si tunc forte transieris, faciendam iniungat, quam tu uel illi facere teneamini ut preferatur. Et ne, quod absit, propter huiusmodi gratiam reddaris procliuior ad illicita imposterum committenda, quoad illa predicta remissio tibi nullatenus suffragetur. Nullus ergo etc. nostre concessionis et uoluntatis etc. Datum apud Villamnouam Auinionensis dyocesis ij Idus Septembr. pontificatus nostri anno quarto.

Innocentius etc. Uenerabili fratri Magno Episcopo Burglanensi salutem etc. Prouenit etc. D. u. s.